

1725.

1. Bestineller, Joh. Christ: Ordinis Sutorum . . . Decanus: lectri
Beneficulus s. p. d. (et Dissertationem in augs. salen ^{Jo.} Christiani
Godfridi Friderici Sappfeldi invitata.)
2. Bestineller, Joh. Christianus: Ordinis Sutorum. . . Decanus:
lectri beneficulus s. p. d. (et Dissertationem in augs. salen
Christiani Godfridi Graefii invitata.)
3. Bestineller, Joh. Christianus: Ordinis Sutorum . . .
Decanus: lectri beneficulus s. p. d. (et Dissertationem
solum Corali s. p. d. pignori
in augs. Christiani Godfridi Franckii invitata.)
4. Bestineller, Joh. Christianus: . . . Decodem observa.
Horum forasium, variis argumentis . . . subditis.
5. Berger, Christoph. Henr. de: Praeceptor ac collegii
jurisconsultorum . . . Decanus: et Dissertationem
solum . . . Candidati Joannis Christophori Thet.
Lii s. . . invitata.
6. Berger, Christoph. Henr. de: Praeceptor ac ordinis jur.
consultorum . . . Decanus: (et Dissertationem

inauguralem . . . Candidati Caroli Christophori
Wagneri . . . iurist.

7. Berger, Christophorus Henricus, De: Selecta juris

16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
1000

8. Berger, Fr. Guilielmus: De antiquis apud veterum

9. Berger, Fr. Guilielmus: Henotica orientis
historica edita

10. Chladenius, Martinus: De introversione ho-
minis in se ipsum cum veritate fanatica

11. Gublingius, Fr. Rudolphus: De apographis veterum

12. Kemmerichius, Victor Hermann: De iure statuarum
mercatoriarum ac coloniarum millitarum
Von Recht der Post: Weip - Berlin.

13. ^{1/2} Kemmerichius, Victor Hermann: De demeritacione

in iuriam Germanica. 3 8empl.

14. ^{1/2} Kraus, Carl Gustav: De sympatheticis morborum
curacionibus medicis ratione insigni et illicitis

15. Laessle, Mart. Gottb.: Theorem physicarum Decades Duae.

16. Mencken, Gottf. Ludov.; Vrd. Fel. Decem: Lectoribus
omnium ordinum . . . p. 2. (et Disputationum.
Solemnium Gottlob. Ernesti Werneri iussu tot.)

17. Mencken, Gottf. Ludov.: De liberorum et militum
ab defectum concensus parentum et chiliardae
nuptiarum nullitate

18. Mencken, Gottf. Lud.: Fieri aliquot observationes

19. Mencken, Gottf. Lud.: De praesumptione masculini
seu

20^{1^a} Mencken, Gottf. Ludov.: De probatione personarum
diarum feudatium 2 Exempl. 1723 = 1741

21. Menencius, Joh. Theodorus: Febris petechialis
epi Sarmicae, quae annis ultimis ductus nostrae
Civitas, ejusque vicinia afflictata fuit histosiam

21^{2^a} Henzel publice proposit.

22. Thielmannus, Johes: De actione ex convicta
academico competente.

23. Vater, Abraham: Dissertationis inaus. medica, quae
viro in sui suo rarissima . . . ad doctrina-
dam exponit
24. Vater, Christianus: Hygiēna, h. e. ars salutarem
et insalutarem, sanitatem hominis ad senectutem
usque conservandi . . . exponit
25. Wentlerus, Dr. Fridericus: De Annorum emendatae
temporum formae statum Germaniae protes-
tantium a Calendario Gregoriano anni 1724
. . . disputantur . . . Adversus in fine de
anno videtur Ludoviciana
26. Wenker, Dr. Ballhorn: Dissertationis juridicae,
qua selectas observationes forenses variis
argumenti . . . publicae ex animandas propo-
net
27. Wenker, Fr. Ballo: Topactis Topalibus aliisque
juris capitibus.
28. Wenker, Fr. Ballo: Dissertationis juridicae . . .
qua errores forenses circa bona uteritiae usuri
a merito tractata emendantur.

Q. D. B. V.

15

EXERCITATIO JURIDICA

DE

DENUNCIATIONE
INJURIARUM
SAXONICA

1723

136

QVAM

CONSENTIENTE

MAGNIFICO JURISCONSULTORUM ORDINE
IN ACADEMIA VITEMBERGENSI

PRAESIDE

DN. DIETERICO HERMANNO
KEMMERICHIO

J. U. D. JUR. NAT. ET GENT. PROF. P.
ET COLLEG. JURID. ASSESSORE

AD DIEM XVII. DECEMBR. A. M DCC XXIII.

IN AUDITORIO JURIDICO

PUBLICÆ DISQUISITIONI SUBJICIET

AUCTOR

PAULUS HENRICUS SORGE
GOTH. THUR. J. U. C.

VITEMBERGAE, LITERIS CREUSIGIANIS.

No. 47



V I R O
PRAENOBILISSIMO AMPLISSIMO
ATQVE CONSULTISSIMO
DOMINO
CHRISTIANO
FRIDERICO
SCHALLERO
POTENTISSIMO REGI POLON. AC
PRINCIPI ELECTORI SAXONIAE
A COMMISSIONUM CONSILIIIS

NEC NON
CIVITATIS NAUMBURGENSIS
CONSULI PRIMARIO
DOMINO PATRONO ATQVE COGNATO SUO
SINGULARI SIBI HONORIS CULTU DEVENERANDO
HOC OBSERVANTIAE SVAE DOCUMENTUM

D. D. D.
AUCTOR RESPONDENS,



PROOEMIUM.



um de *DENUNCIATIONE INJURIA-
RIARUM SAXONICA* commen-
tari instituo, non quidem me
latet, jam ab aliis in hoc argu-
mento elaboratum esse, variaque
de variis injurias vindicandi mo-
dis, tam Romanis, quam ho-
diernis, atque ordine in iis procedendi, extare scri-
pta, eaque satis erudita. Neque etiam ignotum esse
poteſt *Mandato REGIS & ELECTORIS* nostri Po-
tentissimi, *Anno 1712. die 2. Julii* emiſſo (a), modum
injurias tam iutuicu ejus, quod publice, quam quod
privatim intereſt, perſequendi, nobis in his terris Sa-
xonix Electoralis pro norma ac lege hac in parte
præprimis obſervandum, ſatis luculenter definitum
eſſe.

A 2

(a) Sub Tit. Ihrer Königl. Ma-
jeſtät in Pohlen und Ehur-
Fürſt. Durchl. zu Sachſen
re. re. Erneuert-
und geſchärfftes, anderweit eröffne-

tes Mandat wieder die Selbſt-Mache,
Injurien, Friedens-Störhungen und
Duelle re.

esse. Nihilominus cum experientia doceat, sapius litigantium, vel patrocinantium, sive imperitia, sive malitia, nescio an & judicantium interdum incuria, sententiam Mandati Regii in variis articulis dubiam atque obscuram reddi: non prorsus supervacanea forte censenda erit opera, quæ in dilucidanda magis magisque materia, in foris quotidie fere obvia, occupatur. Neque adeo mihi etiam, ex Academia in forum pedem promoventi, vitio vertetur, si in eadem materia practica, vestigia aliorum legens, vires ingenii periclitari, atque observationibus nonnullis aut casibus, quos vocant, sive exemplis, quæ in ipsis rerum argumentis sese obtulerunt, mihi que, limina quandoque judiciorum salutanti, innotuerunt, eam illustrare conatus fuero: præsertim cum illis, quorum voluntati obtemperandum fuit, ita placuerit. Faxit DEUS feliciter!

§. I.

Significa-
tio vocis
Denuncia-
re.

Varias vocum significationes investigare, rebus intentus, supersedeo. Dixisse sufficiat, DENUNCIARE nobis idem hoc loco esse, quod delicta & delinquentium nomina ad Judicem deferre: quo sensu eadem vox in Jure Romano (a) æque, ac Canonico (b) nonnullis in locis usur-

§. I. (a) GORDIAN. l. 7. C. de Accusat. & Inscript.

(b) INNOCENT. III. Cap. 16. X. de Accusationib. Inquisit. & Denunciationib. ibi: tribus mo-

dis valet crimen opponi, DENUNCIANDO, excipiendo & accusando. Idem cap. 25. X. de Si-
Jurejur. Idem cap. 31. X. de Si-
monia, ibi: Contra quos etsi cri-
bus

usurpatur. Respondet eidem vox Germanica, *Rü-
gen*, quæ in *Speculo Saxonico* (c) passim eodem sensu
legitur.

§. II.

Sed operæ pretium fuerit, *Originem Denunciatio-*
num paucis inquirere. Apud Romanos *accusationes* Origo De-
auctoritate Legum, atque usu fori, maxime frequen-
tabantur (a): nec tamen *Denunciations* a foro Roma-
non prorsus exulabant. Ast longe alia illarum, quam *nunciatio-*
harum, erat ratio: cum illæ multis, iisque fatis mo-
lestis, solennitatibus essent circumseptæ, a quibus hæ-
erant immunes (b). Scilicet *Accusatio* Romanorum *num ac*
non solum criminis ad Judicem delatione, sed & e-
jusdem persecutione, ad finem usque Judicii, vindi-
ctæ publicæ causâ, ab accusante suscepta atque per-
acta, absoluebatur (c). Hæc solennem Processus *differentia ab Ac-*
A 3 ordi-
cusationibus.

bus modis procedi possit, per AC-
CUSATIONEM videlicet, DE-
NUNCIATIONEM & INQUI-
SITIONEM ipsorum.

(c) v. *Land-Recht Lib. 1.*
Art. 2. in fin. ibi: Ein jeglicher
Bauer = Meister soll rügen. *Add.*
WEHNER Observ. pract. voc.
Rügen. *HARSDÖRFFER* Schau-
plag jämmerlicher Mordgeschichte
Relat. CXII. Tit. Ehebruchs-Rü-
ge. §. I. *ibi:* Das alte Wort Rü-
ge bedeutet die Klage, und wird auch
gebraucht für die Straffe. Daher
lesen wir in den alten Büchern von
den Rüß-Graffen, welcher der Rich-
ter gewesen ist in dem Rüß-Gerich-

te, von dem Rüß-Knechte, Rüß-
Geld, Rüß-Buch.

§. II. (a) v. *Tituli π. & C. de*
Accusac. & inscript.

(b) v. *Imp. GORDIAN. l. 7.*
C. de Accus. & Inscript. ibi: *Ea*
quidem, quæ per officium Presi-
ditibus DENUNCIANTUR, &
CITRA SOLENNIA ACCUSA-
TIONUM posse perpendi, inco-
gnitum non est.

(c) v. *WISSENBACH. ad π.*
Disp. XXXIII. Tit. de Accusac.
§. 13. BEYER. Delin. Jur. Civ.
sec. π. Tit. de Accus. pos. 1. 2.

ordinem (d) requirebat, solennem *Nominis Delationem* (e) cum solenni *Inscriptione & Subscriptione* (f) con-

(d) Ordo agendi in Publicis Judiciis talis fuit. Privatus Civis, qui privati nomen deferre voluit, eum *in jus vocavit*, & PRÆTOREM QUÆSITOREM, qui de crimine deferendo cognoscebat, in foro adiens, dicendi potestate accepta, *postulavit* ut sibi *nomen* ejus *deferre* liceret: qua re impetrata, *nomen detulit*: Nominis recepto, atque a Scribis, Jussu Prætoris, in *tabulas relato*, ille *Reus* est dictus. Sequuntur sunt, *die* a Prætoris Accusatori & Reo dicta, *Accusationes* ac *Defensiones Laudationesve* Rei: quas excepit *sententia*, ex tabellis Judicum in urnam missis, ac diremtis, collecta, atque a Prætoris pronunciata. v. SIGON. *de antiquo Jure Pop. Rom. Tom. II. Lib. III. Cap. 7. 13. 17. 22.* Forma Processus accusatorii hodierni, Germanis præscripta, legi potest in *Constit. Crim. Carolina Art. II. 17. 62. 73. 88. seqq.* & apud CARPZ. *Crim. Qv. CVI.*

(e) Formula, qua Nominis delatio fiebat, talis erat: AJO
TE IN PRÆTURA SPOLI-

ASSE SICULOS CONTRA LEGEM CORNELIAM, ATQUE EO NOMINE SESTERTIUM MILLIESATE REPETO; quæ *Libelli* vice fungebatur. Fatente Reo, statim fiebat estimatio litis. Negante eodem, postulabatur, ut nomen inter Reos reciperetur, ac tum *delatio* scribatur nominis, tempusque inquirendi dabatur: quæ adeo *instar Litis Contestationis* erant. Confer. SIGON. l. I. Cap. 10. HEINECC. *Antiqu. Rom. Lib. 4. Tit. XVIII. §. 19.*

(f) Nominis delatio, *Libello* inscripta, *Inscriptio* appellata est, qua professus est Accusator, se alterum criminis Reum detulisse. Formulam hujusmodi *Libelli* exhibet PAULUS l. 3. *π. de Accus. & Inscr.* ibi: HOC COS. ET DIE APUD ILLUM PRÆTOREM VEL PROCOS. LITTIUS PROFESSUS EST, SE MÆVIAM LEGE JULIA DE ADULTERIO REAM DEFERRE, QUOD DICAT EAM CUM C. SEJO IN CIVITATE ILLA, DOMO ILLIUS, MENSE ILLO,

conjunctam, quæ & libellum, & litis contestationem complectebantur, solennes item probationes (g) easque luce meridiana clariores (h). Eadem accusatorem in Judicio detinebat, ut maneret in lite, eamque velut suam perageret, instar Actoris, cujus partes sustinebat, & ad cujus petita Judex jus & justitiam administrabat. Cum primis *Subscriptionis* vinculo factis arte constringebatur Accusator: eo, quod non solum custodia, si in vincula conjiciendus esset Reus, se

LO, CONSULIBUS ILLIS, AD-
ULTERIUM COMMISISSE.
Add. l. 2. Cod. de exhib. & trans-
mittend. re. l. 3. C. qui accusare
non poss. Huic juncta *Subscri-
ptio*, qua accusator, vel, si li-
teras nesciret, alius ejus nomi-
ne, inscriptioni, sive scripti no-
minis delationi, subscribendo,
testari debuit, se professum esse
delationem, & ad pœnam talio-
nis, si calumniæ convictus fue-
rit, semet obligare. d. l. 3. pr.
& §. 1. 2. l. 7. pr. & §. 1. de Ac-
cusat. L. ult. C. de Accus. ut a-
deo, cum tam arte Inscriptio
& Subscriptio fuerint conjunctæ,
non mirum sit, sæpe promiscue
voces accipi, v. SIGON. l. c.
cap. 10. WISSENBACH, l. c.
HUBER. Prælect. ad Pandect.
de Accus. §. 1. Heinecc. l. c. Ho-
die hæc in desuetudinem abie-

runt, substituta Cautione de ex-
pensis, & injuria sarcienda, quam
si præstare non possit accusator,
non minus carceri includitur.
Const. Crim. Art. 12. quamvis in
Saxonia cautionem juratoriam in
subsidiu admitti, tradat CARPZ.
Præf. Crim. P. III. Q. CVI. n.
39. - 66. BEYER. ad Tit. π. de
Accus. pos. 13. not.

(g) Per *Testes, Tabulas &
Questiones*. Siquidem in prima
actione Accusator crimina Rei
sigillatim percensuit, & ad singu-
la vel testes rogavit, vel tabu-
las, vel servorum tortorum con-
fessiones, produxit, ut fidem fa-
ceret Judicibus. SIGON. cap. 14.
15. 16. HEINECC. §. 24. seqq.

(h) Impp. GRATIAN. VA-
LENTIN. & THEODOS. l. f. C.
de Probat.

se mancipare, sed & similitudini supplicii, Reo intentati, si falso eum arguisset, sese subicere cogeretur (i); Scilicet ne quis temere ad accusandum profiliret, cum sciret, inultam sibi accusationem non futuram (k). Verum hæc tam dura ac periculosa Accusatoris conditio haud dubie fecit, ut non pauci ob dubium litis eventum, ab accusatione abhorrent, atque adeo delicta manerent impunita (l). Hinc successu temporis *DENUNCIATIONES* usu receptæ fuerunt, sola criminis delatione defunctæ, quæ nec Inscriptionis aut Subscriptionis molestiis gravatæ, Judicem certiorum tantum de crimine commisso reddunt, eumque sui quasi officii admonent, atque adeo viam ei, nominatis saltem testibus, criminis consciis, ad inquirendum ulterius, atque ex officio adversus delinquentes procedendum, aperiunt (m). Et primum quidem *Denunciatores publici* apud Romanos fuerunt constituti, *Stationarii* (n), *Irenarchi*, *Apparitores* dicti, qui loco accusatorum essent, & minori cum periculo, quippe ab inscriptionibus immunes, crimina ad Judicem deferrent (o). Deinceps *privatæ* quoque *Denunciatioes* in-

(i) Impp. HONOR. & ARCAD. l. ult. C. de Accus. PEREZ. *Prælect. in Cod. ad b. Tit. §. 3.*

(k) ULPIAN. l. 7. π. de Accusat.

(l) PEREZ. l. c.

(m) CARPZ. *Op. CVIII. n. 54.* BRUNNEM. ad l. 7. C. de Accus. SCHACHER. de Judicial. delict. denunc. C. II. n. 8.

(n) *Stationarii* erant apparitores, dispersi per vicos & provincias certis locis, ut Magistratibus denunciarent crimina, quæ committebantur. GOTHOFRED. in not. ad L. 8. C. de Accusat.

(o) Non tamen omni prorsus periculo vacabant Denunciatioes Apparitorum: Siquidem Magistratus perperis Judicio dispicere

invaluere & in locum fere accusationum succedere (p): dum, sublatis solennibus oneribusque, quæ accusationes comitabantur, nemo amplius vereatur, delicta perpetrata ad Judicem deferre; ut taceam, præmiis vel pœnis hodie sæpius quemlibet e populo ad delicta denuncianda incitari atque compelli.

§. III.

Imprimis *Jus Canonicum* Denunciationes, inventa *DE-Progressus Denunciatione*, quam vocant, *EVANGELICA* (a), & *Pro-fus De-cessu nunciatio-*

B

cere debet, an falsis, nec ne, notorii alicum criminis insimularent: quo factò pœnam calumniæ non effugiebant. v. L. 7. C. de Accus. PEREZ. l. c. BRUNNEMANNUS hunc putat esse sensum legis allegatæ 7mæ: *Judicem ante omnia inquirere debere, an notorium sit illud crimen, quod denunciatum est: Si notorium sit, id est, si fama publica de eo increbuerit, tunc absolvendum esse Denunciatorem, & Judicem ex officio in ipsius criminis veritatem inquirendum; Sed si non sit notorium, tunc denunciatorem, si probationes suggerere non possit, ob calumniam puniendum.* At nihil de notoriis criminibus in textu habetur. *Notoria* vero, quorum hic mentio fit, sunt elogia, sive relationes, (Gall. *Informations*) apparitorum, vel aliarum personarum publicarum, ad Magistratus transmissæ; uti hic notat GOTHOFREDUS, qui addit, ri-

dicula esse, quæ, sermonis latini ignorantia, veteres interpretes hic commenti sunt de Notorio.

(p) v. ZANG. de *Quest. f. Tort.* in *Proam. n. 14.* ZIEGLER. ad *LANCELL. I. f. Can. L. 4. Tit. I. §. I.* verb. per *Denunciationem.* p. 906. SCHACHER. l. c. n. 17.

§. III. (a) Nomen *Denunciationis Evangelicæ* conjunctum nuspiam in *Jure Canonico* legitur: res ipsa vero in variis capitulis, quæ tantum non omnia *INNOCENTIIUM III.* Auctorem habent, reperitur; sicut & vox *Denunciationis* absolute posita passim occurrit. Nemo etiam ex Pontificiis Scriptoribus ex instituto de hoc argumento egit: & GONZALEZ TELLEZ in *Comment. ad Decretal.* non nisi obiter ad *cap. 2. de Accus.* *Denunciationis evangelicæ* meminit. Ex Protestantibus vero GOTHOFREDUS de *JENA* in *Tr. de Scro Maced. Sect. IV. Aph.* III.

rum, per
denuncia-
tionem
Evangelicam, jure
Canonico
introduc-
tam, pro-
motus.

cessu inquisitorio introducto (b), non parum promo-
vissè videtur. Equidem plures Denunciationum species
comminiscuntur hujus Juris interpretes (c); *Evangelicam* (d), *Canonicam* (e), *Regularem* (f), & *Judicialem* (g).
Attamen strenue sæpe illas inter se confundunt, nec in
iis definiendis, atque adeo ab invicem secernendis, fatis
sibi constant (h). Si dicendum quod res est, non nisi duo
sum-

III. seqq. & D. CHRIST. FRID. JANUS in peculiari *Tractatu* Vi-
tomb. 1673. edito, de *Denunciatione*
Evangelica commentati sunt. Qui-
bus novissime accessit Dn. CHR.
THOMASII *Disp. de usu practico*
Denunciat. Evang.

(b) v. THOMAS, de *orig. Pro-
cess. Inquisit.*

(c) v. SALICET. in *L. ea qui-
dem C. de Accusat.* GREG. SAY-
RUS in *Clav. reg. L. 12. Cap. X. n. 2.*
ap. ZIEGLER in *Not. ad LAN-
CELLOT. L. 4. T. 1. §. 1. verb. per*
Denunc. SCHACHER. Dissp. laud.
Cap. 11. n. 1.

(d) Quo secundum regulam evan-
gelicam, ob delictum occultum, in-
stitui dicitur, ita, ut, prævia bina
denunciatione, delinquens Ecclesiæ
denunciatur, non tamen ad poenam,
sed poenitentiam, sive emendationem,
& bonum animæ. Forma
describitur in *c. sed illud 17. Dist.*
45. Add. CORVIN. J. Canon. L. 4
T. XL. n. 40. SCHACHER. l. c.

(e) Quæ, a sacris Canonibus,
& quibus introducta est, cognomi-

nata, definitur: criminis apud com-
petentem Judicem, citra inscripti-
onem, legitime facta delatio, ad
poenitentiam potissimum agendam,
vel aliam legitimam poenam impo-
nendam. DESSEL. *Erot. J. Can. L.*
5. T. 1. Qv. 11. Aliter CORVIN. l.
c. n. 41. Atque hanc præcedere
debere, ajunt, unam, vel alteram
monitionem charitativam, inque eo-
eam disferre ab Evangelica, in qua
triplex necessario requiratur. SCH-
ACHER. n. 4. seqq.

(f) Quæ fit secundum diversas
ordinum monachalium regulas.

(g) Hanc & civilem, utpote a
LL. civilibus introductam, appel-
lant, atque per ministros publicos,
ad hoc constitutos, fieri; nullam-
que monitionem, quod successerit
in locum Accusationis, quæ absque
prævia monitione delictum intimet,
exigere docent SAYR. *l. c. cap. 14.*
n. 2. ap. ZIEGLER. l. c. p. 906.
SCHACHER. n. 7. seqq.

(h) v. THOMAS, de *Usu pract.*
Denunc. Evang. §. 2. & 3.

summa Denunciationum genera dantur : *EVANGELICA* & *JUDICIALIS* (i). *EVANGELICA*, quæ ex Evangelio, sive Doctrina CHRISTI. De correptione fraterna (k), originem habet, in sensu proprio ad forum nostrum non pertinet : quippe quæ emendationem proximi proprie intendit, non per coactionem Judicialem, aut pœnam, sed amicas & christianas admonitiones, quas charitativas vocat, provehendam (l). *JUDICIALIS* vero, quæ per remedia coactiva procedit, iterum in *Civilem*, sive *Romanam*, quæ Juri Romano ; *Canonicam*, sive *Papalem*, quæ Juri Canonico ; & *Saxonicam*, quæ Juri Saxonico ; natales debet, haud incommode dispescitur. De *Romanorum* Denunciationibus superius actum est. Quæ vero *Jure Canonico* introductæ sunt Denunciationes, omnes, si fontem spectes, *Evangelica*, si vero formam, *judiciales*, atque adeo non nisi abusive *Evangelica* dicendæ videntur : eo quod fere in omnibus ejusdem Juris textibus, in quibus de Denunciatione agitur (m), admonitionis vel correptionis mentio fiat, atque adeo ad regulam evangelicam respiciatur, ut tamen simul tanquam remedium judiciale talis denunciatio describatur (n) ; quamvis nonnulli inter

B 2

Cano-

(i) Bimembrem hujusmodi divisionem etiam CORVINUS calculo suo comprobat l. c. n. 39. cui & *Judicialis* eadem, quæ *Canonica* n. 41. 42.

(k) MATTH. XVIII. 15. & LUC. XVII. conf. not. (d)

(l) Conf. DN. BOEHMER. J. Eccl. L. 2. T. II. §. 10.

(m) Exemplo cap. Licet Heli 3^a. de Simon, ibi : Denunciationem

hujusmodi fraterna correctio secundum regulam evangelicam non præcesserit & cap. 16. de Accusar. ibi : ad correctionem est denunciatio facienda.

(n) Ita disertè LANCELLOTTUS L. 5. T. 1. §. 1. Criminalia Judicia instituuntur aut per Accusationem, aut per DENUNCIATIONEM, aut per Inquisitionem. Per DENUNCIATIONEM, ut cum, nulla

Canonicam & Evangelicam Denunciationem differentiam quærant. Scilicet mutuati quidem sunt Pontifices Romani ex Jure Romano Denunciationes suas; quippe quas eodem modo ab accusationibus distinguunt, quod illæ sine inscriptione, sine onere probandi, sine metu talionis, qualia cum his conjuncta erant, peragantur (o). Sed ut magis piæ viderentur & christianæ, fundamentum earum in Evangelio quæsierunt, ac regulam evangelicam eis prætexerunt, pro remedio charitativo, quod tamen revera coactivum est, venditantes (p). Eadem de causa hanc suam Denunciationem, novo quasi habitu indutam, & evangelico colore imbutam, Canonistæ in eo potissimum a judiciali, qualis Romana erat, discerni voluerunt, quod non ad depositionem, i. e. pœnam, sed correctionem, ac pœnitentiam peccantis, sit directa (q), nec nisi prævia admonitione, secus ac judicialis, fieri possit (r). Hinc igitur *Evangelicæ* Denunciationis cognomen, ac diversum a Romana Denunciatione genus ena-

nulla præcedente inscriptione, sed tantum charitativa monitione, ad JUDICIS notitiam crimen deducitur. Add. THOMAS. *Disp. laud. §. 12. 13. 14.* & BOEHMER. l. c. §. 11.

(o) v. C. 16. *de Accus.* ibi: *Quando crimen in modum Denunciationis opponitur, non est inscriptio necessaria.* Add. CORVIN. n. 46.

(p) Forte & hoc per denunciationem evangelicam intendit Pontifex, ut delatores, sub prætextu charitatis christianæ & evangelicæ, a pœnis Calumniæ, hæcenus receptis,

& necessitate probandi criminis denunciati, liberarentur, ut censet THOMAS. l. c. §. 7.

(q) Arg. C. 16. X. *de Accusat.*

(r) *Charitativa* admonitio, ex mente Canonistarum, in Denunciatione Canonica sive Evangelica necessario præcedere debet, & si acquieverit delinquens monitioni, atque cesset a delicto, denunciatione opus non erit. Alias a denunciatione repellitur is, qui non præmonitur. C. 2. X. *de accus.* Quod tamen de Denunciatione Evangelica intelligit

enatum est : quamvis frustra illam a *Canonica* distinguant (s), atque, num una, an vero trina admonitione ab eadem differat, disputando se torqueant.

§. IV.

Novam eamque plane peculiarem *Denunciationis Peculiaris Evangelicæ*, sive *Canonica*, speciem (a) Pontifex INNOCENTIUS III. (b), ex ratione status papalis haud dubie (c), confinxit, ac ceteris superaddidit, quamvis nemo ex Canonistis accurata definitione a reliquis denunciationum speciebus eam secernere ausus sit (d). Hæc licet *Judicialis* itidem sit : in eo tamen a reliquis denunciationibus

B 3

nibus

git GREG. SAYRUS *l. c. C. 10. n. 6.* Ad judicialem enim Denunciationem, quia in locum accusationis successit, negat esse necessarium, ut præcedat monitio. v. ZIEGLER. *l. c. ad verb. charitat. monit.*

(s) Consentit SCHILTER. *Inst. J. Can. l. 1. T. V. §. 10.* ubi Denunciationem *Canonicam & Evangelicam* pro Synonymis habet.

§. IV. (a) Sedes ejus est in *cap. 13. X. de Judiciis.*

(b) Hic enim sub hoc obtentulites mere seculares, inter PHILIPPUM AUGUSTUM Franciæ & JOHANNEM Angliæ, Reges enatas ad suum forum trahere, atque adeo pro judice summorum Regum ac Principum in causis civilibus sese gerere ausus est: ex capite scilicet peccati, cujus correctionem, postquam ex *regula evangelicæ* illud

Ecclesiæ (i.e. Papæ, ceu Capiti) denunciatum esset; sui arbitrii jurisque esse, arbitratus est. v. THOMAS. d. *Disp. §. 6. 15. & seqq.* & BOEHMER, *J. Eccles. l. 2. T. 11. §. 3. seqq.*

(c) Imprimis ad invadendum imperium in magistratam politicum, ut notat JANUS in *Tr. de Denunc. Evang. Cap. I. §. 2. 3. 4. 18. seqq.* & *Cap. II. §. 14. 29. 40.*

(d) v. THOMAS. §. 2. *lit. (f)* & §. 27. *not. 4.* Apud SCHWENDENDÖRFF. ad *FIBIG. Process. p. 813.* ea definitur *remedium extraordinarium canonicum*, quo quis, juris remediis extraordinariis destitutus, adversarium rem injuste obtentam retinentem, Judici ecclesiastico denunciatur, ejusque, quod si i abest, restitutionem petit. Uberius eandem describit de JENA *Aph. IV. n. 6.* quod sit *remedium extraordinarium*

Cano-

nibus recedit, quod sit plane extraordinarium Juris remedium, non ob crimina, quæ certam legibus, vel civilibus vel ecclesiasticis, poenam constitutam habent, sed ob quodvis peccatum, locum habens. Imo si accuratius rem consideres, licet eadem regulam evangelicam, ac remedium charitativum, itidem præ se ferat, tamen sub pallio charitatis christianæ, ac evangelico habitu, revera mysterium iniquitatis maximæ occultat; quippe quæ præceptum Christi de correptione fraterna ad commoda clericalia detorquet, atque sub obtentu peccati & poenitentiae, causas quasvis seculares ad forum ecclesiasticum & papale trahere, litesque semel sopitas resuscitare allaborat (e). At vero iniquissimum hoc remedium nunquam universaliter, ne quidem a Catholicis, multo minus a Pro-

Canonicum, quo aliquis Juris civilis Actionibus & auxiliis destitutus, adversus peccantem in subsidium utitur, quem duplici monitione privata, & testibus adhibitis, premissa, & a peccatore sprete, Ecclesie denunciatur, petitque, quo ipsa denunciatur, ut e peccato exeat, & ad poenitentiam, consequenterque rei restitutionem, ecclesiasticis mediis & censuris cogat, compellatur. Sed clarius indolem hujus Denunciationis expressit THOMASIVS in laud. Dissert. §. 39. hunc in modum: Denunciatio evangelica, in d. Epist. INNOCENTII, est remedium plane irregulare, hæcenus inauditum, extra omnem jusli bonique ordinem ab INNOCENTIO III. inventum, quo quicumque ab altero quocumque se lesam arbitratur, etiamsi omnes Laici a parte Reifent, Papam adire poterit, & ab eo petere, ut is super peccato Rei delati, pro arbitrio, cognoscat, & sententia definitiva, quis inter litigantes partes peccator sit, determinet, ac satisfactionem & poenitentiam imponat, sub pena excommunicationis: eum in finem, ut, sub hoc pretextu, Papa omnem Jurisdictionem, etiamsi contra protestetur expresse, sibi vindicare, & omnium Laicorum actiones pro arbitrio irritas reddere valeat.

(e) v. BOEHMER. l. c. §. 6.

Protestantibus, usu fori receptum est, nec, salva Magistratus politici auctoritate, recipi potuit (f).

§. V.

Nostra *DBNUNCIATIO SAXONICA* licet cum *Civili Saxonica* & *Canonica* affinitatem quandam habere videatur: *Denunciationis natura & origo.* tamen & separatas in nonnullis rationes ab illis habet, & peculiari natura gaudet. Est scilicet *legitima injuriarum delatio & suggestio, simplici narratione facti, eique annexo petito, Judici, ad procedendum ex officio adversus injuriae auctorem, vindicta publica pariter, ac privata satisfactio- nis, vel, si mavis, fame sua & existimationis integra & illibata servande, atque securitatis obtinenda causa, facta.* Eadem originem quoque suam domesticam, & fundamentum proprium, habet in *Mandato Regio*, superius laudato: quippe quod *solemnis injuriarum actiones, ex Jure ROM. vel moribus, antea receptas, plane sustulit, contra modum, per denunciationem procedendi, den Rügen Process, dudum moribus GERMANORUM, cumprimis SAXONUM, probatum, confirmavit (a).* An vero Saxonones hunc denunciandi ritum, ex *Jure Romano aut Canonico*

(f) v. SCHWENDENDÖRF. l. c. ubi: *Licet derivetur, inquit, a correptione fraterna, non modo est frustranea, sed et, quod ministris Ecclesiae cause cognitionem de rebus politicis attribuat, ordinemque turbet politicum, non practicabilis: hinc nec usu recepta, multo minus sanctione expressa introducta & confirmata.* Add. THOMAS. §. 40 41.

§. V. (a) §. 22, ibi: *Wollen hierdurch allerseits solenne und förmliche in der Pol. Ordn. Tit. V. §. 5. nach-*

gelassene Klagen in Injurien-Sachen, sie seyen ad estimationem, palinodiam, oder sonst, wie sie wollen, sowohl auch das sonst auff gewisse Weise, in der 85. neuen Decision verstatte Mittel der Retorsion &c. gänglich aufgehoben haben, dergestalt, daß in Zukunft eine bloße Denunciation von Seiten des Injuriati, &c. statt haben, auch sowohl hierunter, als sonst bey Injurien-Sachen &c. nach Art des in hiesigen Landen hergebrachten Rügen-Processus summarisch verfahren werden soll.

nico didicerint, an propriis moribus acceptum ferant, de eo, deficientibus rerum testimoniis, certi quid asserere vix licet (b).

§. VI.

*Objectum
Denuncia-
tionis Sax.
b. l. Inju-
ria.*

Licet autem omnis generis delicta, tam graviora, quam leviora, per modum denunciationis ad Judicem deferri possint, vel ad inquirendum solenniter, vel falem summarie, si leviora sint, adversus eadem procedendum: Nobis tamen ad solas *INJURIAS*, & quæ his affinia sunt, Denunciationem nostram in præsentem restringere, earumque persecutionem, ex præscripto Mandati Regii, meditari placuit. *INJURIARUM* autem nomine nobis hoc loco non quodvis jure haud factum, sed potius *delicta, in alterius contumeliam, dolo malo admissa*, sive omnia dicta & facta, quæ existimationem & famam alterius, ex animi sententia, lædunt, venire, facile est ad intelligendum. Ceterum Injurias in *verbales & reales, in leves & atroces*, dispecti, tralatitium quidem est; Attamen cum hæc distinctiones quoque diversitatem quandam vindictæ, tam publicæ, quam privatæ, sæpius parere soleant, eadem hic quoque notari merentur.

§. VII.

*An licitum
sit, inju-
rias denun-
ciare.*

Sed statim in limine Judicii quæstio quædam præjudicialis, quam vocant, oboriri, atque scrupulum injurias

(b) Hoc tamen a veritate haud alienum videtur, *Actiones injuriarum Romanas*, ante Jus Romanum, in Germania receptum, Saxonibus, uti & cæteris Germanis, plane incongnitas fuisse: quippe quarum nec in *Speculo Saxonico*, nec in *Jure Lubecensi*, ullum reperitur vestigium; sicut nec antiquiores *CAROLI M.* Leges aliud contra injurias remedium concesserunt, quam ut Magistratus, pro gravitate admitti delicti, in conviciantes animadverteret: Conf. *SAM. STRYKII Præfat. BOEHMERI Meditationi Jurid. de Iniquit. & in justit. Action. Injuriar. præmissa.*

rias denunciatio moveere potest: An scilicet licitum sit, injurias denunciare? Equidem in foro externo, i. e. humano, res dubio caret, non solum Denunciations, sed etiam Actiones injuriarum, sive ex Jure Romano, sive moribus receptas, quippe legibus publicis approbatas, licitas omnino esse: adeo, ut non solum impunes sint, sed etiam auxilio Legis & Judicis fruuntur. Sed an idem in foro interno conscientiae, Judicioque divino, pronunciandum sit? altioris indaginis quaestio est: Siquidem vindictam omnino sapere, uti actiones, ita & denunciations injuriarum, videntur, tam severe Christianis prohibitam, atque sibi soli, tanquam summo Judici ac Vindici omnium Injuriae, a DEO reservatam. Et Actiones quidem injuriarum, quippe ad unam omnes ad vindictam haud dubie tendentes, christianae religionis placitis, cum primis mansuetudini ac patientiae christianae, oppido adversas, adeoque in foro divino neutiquam excusandas esse, a cordatoribus JCtis dudum existimatum est (a). De Denunciationibus vero nudis paulo aliter sentiendum videtur. Has enim, ubi ad solam securitatem, a Magistratu

C

sibi

§. VII. (a) HUBERUS in Praelect. ad Pand. Tit. de Injur. §. 1. ibi: Nunquam Jurisprudencia magis a Philosophia, loquor etiam maxime de christiana, quam in vindicandis injuriis, discrepat. BACHOVIVS ad §. fin. l. de Injur. ibi: Nil absurdi foret, si quis affirmet, peccare hominem christianum, qui ex ira & vindictae cupidine pervicaciter & acerbe injurias exequitur. B. SAM. STRYK in Tr. de Jure Sens. Diff. IX. Cap. IV. n. 33.

it. Disp. de Foro Conscient. Cap. VI. §. 42. seqq. & de Falsitat. Prec. Princ. oblat. Cap. IV. n. 5. Dn. BOEHMER. Meditat. Jurid. de Iniquit. & Injustit. Act. Injur. THÖNNIKER. de Lucro Proc. Injur. inani. sect. 9. Licet nec desint, qui Actiones injuriarum, tanquam remedia Christianis etiam licita, adhuc hodie defendunt. Inter quos est JO. HENR. MEIER in Disp. de Moralitate Actionum Injuriar.

fibi contra injurias præstandam (b), atque famam, ex opinione hominum quoque, illibatam servandam, tendunt, haud prorsus illicitas esse, sed salva conscientia fieri posse, merito asserendum videtur: modo animus denunciantis ab omni rancore & vindictæ cupiditate vacuus sit. Vindictam vero si denuncians adhuc spiret, si ad animum se, non sine summo dolore, fibi revocasse injuriam, solenni formula testetur (c); imo si hunc potissimum in finem, ut vicissim ægre fiat ei, qui injuriam intulit, ut læsus inde voluptatem capiat, atque animum dolore alterius pascat, denunciaret (d): nescio sane, quomodo hujus-

(b) Conf. Dn. THOMASIIUS de usu Action. penal. jur. Rom. in for. Germ. Cap. III. §. 56. ibi: Ego, salvo aliorum judicio, nec actionem injuriarum, quia ad vindictam tendit, & in eo aperte in jure a reliquis actionibus, reparacionem damni intendentibus, secernitur, Christiano homini licitam esse arbitror: sed nihil amplius licere eidem puto, quam DENUNCIATIONEM Magistratui competenti factam, ad præstandam SECURITATEM, & præcavendas injurias futuras.

(c) Qualis formula nuper adhuc in Denunciatione quadam Dno Præsidi se obtulit, nempe: *Wassén ich dergleichen, &c. als eine ziemliche Ehre- und ruhige Beschmigung mir zu nachdrücklicher Abhandlung schmerzlich ad animum revocare* itemque in alia: *Wenn ich diese mir in meinem Eigenthum*

zugefügte Injurien, welche ich mir als sofort ad animum revociret, ungetrahdet nicht verschmerzen kan. Quid enim est injuriam ad animum revocare, nisi rancorem animo concipere, & propositum, illatam injuriam vindicandi? Unde talis formula in Denunciatione rectius omititur: cum in hac non æque, ac in Actione injuriarum, revocatio ad animum requiratur.

(d) Annon tale quid etiam involvat ipsa satisfactio privata, per deprecationem præstanda, quam petere solent Denunciantes formula: *mir wegen der Injurien Verfleinerung zu gezeimender Satisfaktion durch eine Abbitte und Ehre-Erklärung verbessen?* alius jactandum relinquo. Cui enim satisfieri debet? forte animo vindictæ cupido, in sinu gavisuro, ubi

hujusmodi denunciationes cum regulis christianæ charitatis, etiam inimicis debitæ, imo condonationis injuriarum, sub comminatione, nec a DEO condonationis peccatorum vicissim impetrandæ, Christianis injunctæ, conciliari queant (e). Quam caute igitur etiam in Denunciationibus injuriarum, omni jure humano licitis, christiano, qui tranquillam, & metu divinæ ultionis imperterritam, conscientiam conservare studet, procedendum sit, facile est ad intelligendum.

C 2

§. VIII.

ubi alter se per deprecationem coram ipso in humilitatem submittere cogitur. Certe Deprecatio, quam christianam vocant, sæpe nihil minus est, quam christiana: quando scilicet non a volente, & serio pœnitente profiscitur, sed ab invito per sententiam Judicis extorquetur, ita, ut formula deprecationis ore quidem recitetur, animus vero, hac ipsa coactione interdum magis adhuc exacerbatus, rancorem nequam deponat. Christiana religio *Spiritum* requirit *spontaneum*: Hoc si uterque, & offendens & offensus, duceretur, sane magis christianum remedium adversus injurias excogitari non posset, quam ut, ex præcepto Christi, alter pœnitentiam offensionis per deprecationem significet, alter deprecanti ignoscat, atque sic vera animorum reconciliatio obtineatur. Alia est quaestio, annon Judex, parte læsa ita petente, deprecationem

ac declarationem honoris lædenti salva conscientia injungere queat? quam nemo negabit: modo ex præscripto legis, & natura negotii ita flagitante, id fiat. Imo vero salutarem nihilominus usum habere potest deprecatio a Magistratu lædenti, ex præscripto Legis, injuncta, ut scilicet sui officii, quid sponte sua sibi, tanquam christiano, sit faciendum, eum admoneat.

(e) Matth. VI. 14. *Si enim remiseritis hominibus peccata eorum, remittet & vobis Pater celestis peccata vestra. Si autem non remiseritis hominibus, nec Pater vester vobis remittet peccata vestra.* Imo & *Lege Naturali* damnatur *vindicta*, quæ nullum alium finem habet propositum, quam ægre facere illis, qui nos læserunt, eorumque dolore animum nostrum fatiare, ut recte monet PUFEND. de O. H. & C. Lib. I. Cap. VI. §. 13.

§. VIII.

An regula prudentia conveniat injuriae illatae Denunciatio.

Illud quoque non im merito disquiritur, *An prudenter saltem agat, qui injurias sibi illatas denunciat?* Inane prorsus lucrum esse, quod ex Actionibus injuriarum reportatur, atque adeo regulis prudentiae easdem maxime adversari, itidem ab aliis observatum, ac satis luculenter probatum est (a). Denunciationes tanta quidem incommoda, quanta Actiones injuriarum, haud comitantur: nihilominus, nec illas omnibus incommodis ac molestiis prorsus vacare, certum est; ut adeo saepe satius sit, injurias sibi illatas dissimulare vel remittere, atque adeo generoso potius contentu, quam implorato Magistratus auxilio, ac gravi Judicis manu, vindicare. Imprudentia quod sit, tranquillitatem animi sui turbare, diffamationi ulteriori se exponere, ac numerum inimicorum potius augere, quam imminuere, nemo prudens negabit. An vero injurias vindicaturus sine animi perturbatione de illis vindicandis facile cogitabit? an sedata mente satisfactionem, quam anhelat, expectabit? an non potius vindictae aestu flagrans animus, ac de eventu rei anxius, mille motibus, atque affectibus irae, odii, metus, tristitiae, molestissimis, inquietabitur (b)? cum e contrario, qui a quo animo fert injuriam illatam, tranquillam servet mentem, mansuetudinis ac patientiae fructum (c). Deinde sicuti impotentiam animi prodit, qui injuria illata ad iram

§. VIII. (a) v. Jo. Dav. THÖN-
NIKERI *Lucrum Processus injuria-
rum inane.* BOEHMER. *Medit.
Jurid. de Inquit. & Injust. Act. In-
jur.* Cap. IX.

(b) v. M. ANTONIN. *de Rebus*

*suis Lib. IV. Cap. 9. ibi: Injuriam
nemo immota mente accipit, sed
ad sensus ejus perturbatur. Caret
autem perturbatione vir erectus, mo-
derator sui, alta quietis & placida.*
(c) SENECA *de Constant. Cap. 2.*
ibi:

ram & vindictam facile commovetur (d): ita, qui facile ad denunciandas injurias profilit, anſam dat, ut, quæ non niſi paucis cognita erat, injuria, mox pluribus innotefcat, & in memoria hominum altas radices agat, variisque injuria affectum judiciis exponat, quæ diſſimulata, inſtar fumi, evanuiſſet (e). Imo ſi in criminis exprobratione conſiſtat injuria, ſæpius denunciatio eius manifeſtum facit delictum denunciantis, quod, eadem omiſſa, alto ſilentio ſepultum manuiſſet, ac ſuſpicionem enata, forte veritatis quid ſub exprobratione latere, ipſum denunciantem inquisitioni ſubjicit. Denique denunciando ac vindicando injurias, plerumque non ſolum auctor earum, ſed etiam amici ejus, adverſus nos magis exacerbantur, atque ad ulterius nobis nocendum inflammantur: cum contra, ubi injuria illata negligitur, lædenti ignoſcitur, ac bonum pro malo rependitur, hic finem ſuum, ſcilicet ut ægre nobis faciat, non aſſequatur, ſed in ruborem detur, ſæpius quoque, facti pœnitentia ductus, ad ſaniorum mentem, imo & in gratiam cum læſo, ſponte etiam deprecando, redeat (f). Quod longe nobiliſſimum vindictæ genus eſt, quippe non tam vires, quam voluntatem nocendi, hoſti adimens, & ex inimico amicum red-

JIII

C 3

red-

ibi: Tutus eſt ſapiens, nec ulla officii aut injuria aut contumelia poteſt. It. C. 9. Sapiens omnes injurias in altum dimittit, patientiaque & magnitudine animi ſe defendit.

(d) PROVERB. XII. 16. Stultus iram ſuam mox oſtendit: prudentis vero eſt contumeliam non agnoſcere. Item Cap. XIV. 29. Qui patiens, ille ſapiens: impatiens au-

tem ſtultitiam ſuam manifeſtat.

(e) TACIT. Annal. Lib. IV. Contumelia, ſi in ſcæcis, agnita videntur: ſpœta exoleſcunt.

(f) He ſunt pruna ardentes, quæ ſuper caput inimici coacervari dicuntur Proverb. XXV. 21. 22. & Rom. XII. 20.

reddens, atque adeo de ipso animo hostili victoriam reportans (g).

§. IX.

Denunciatio Injuriarum in Saxonia Electorali non solum permissa, sed & præcepta.

At enim vero quæ de prohibita Christianis injuriarum vindicta, ac prudentia eas dissimulandi vel condonandi, dicta sunt, non eo valent, quasi plane abrogandas & à Republica eliminandas censeamus Injuriarum Denunciationes: imo vero tolerandas utique, & in hoc statu corrupto aliquando necessarias, legibusque adjuvandas esse, existimamus. Cum enim tanta sit hominum malitia, ut charitas pene omnis inter Christianos, ne dicam homines, exulet, & homo homini sæpe sit diabolus: quis quæso a vexationibus ac insultationibus improborum tutus foret, nisi efficax remedium adversus eas esset paratum? Certe Reipublicæ omnino interest, cives inter se vivere tranquille, amice, secure. Hinc in *Mandato Regio & Electorali Denunciatio Injuriarum* illatarum non solum permissa, sed & pro re nata, præcepta est: ut scilicet Magistratus eas ulcisci possit, & securitatem publicam, uti par est, tueri. Denunciari autem jubentur injuriæ tantum *atroces*, cum primis *reales*, non *leviores*, præsertim *verbales* (a). *Atroces* denunciandæ sunt

(g) M. ANTONIN. *Lib. VI. §. 6.* ibi: *optimus ulciscendi injuriam modus est, inferenti ne sis similis. SENECA C. 17. in f. Genus ultionis est, eripere ei, qui fecit, contumelia voluptatem.* JUL. CÆSAR. cum audiret, Catonem sibi manus violentas intulisse, respondit: *Jam mihi maxima victoria eripitur: constitue-*

ram enim mecum, omnes injurias, quibus me offenderat, ei remittere. Conf. ERASM. FRANCISCI *Tr. die alleredelste Nachte.* pag. 371. 372. 373. & 377.

§. IX. (a) v. *Mand. Reg. §. 16.* ubi *Rubr. margin.* Der Beleidigte soll die vom §. 8. angezeigten Thätigkeiten selbst behöriges Drets angeben. & §. 17. ubi *Rubr. margin.* Bey geringern Injurien aber

sunt sub poena carceris duorum vel trium mensium; ne Respublica inde detrimentum capiat: cum e talibus injuriis facile cædes, aliaque mala maxima, provenire possint, quin & *securitas publica* iisdem violetur (b). Sed & *Pro- vocationes* ad duella e vestigio denunciandæ sunt a Provocato, idque sub pœna carceris 4. mensium (c). Imo si quis, injurias quascunque sibi vindicandas esse, existimet, etiam propterea Magistratui eas denunciare tene- tur; quod omnis vindicta privata, Sanctiõne Principis nostri, severe sit prohibita, & soli Magistratui ultio re- linquenda: neque hoc indecorum, aut honori & existi- mationi cujusquam adversum, reputandum (d).

§. X.

aber wird derselben Denunciation nicht erfordert. & in *Textu*: Beständen aber die *Injurien* nur in Worten, Gebehrden und Bedrohungen, wie vom 2. bis 7. §. inclusive angemerket, oder es würde auf immediate vorhergegan- ne Beleidigung, nur mit der Hand geschlagen, so ist zwar eine *Privat*-Ver- gleichung unter denen *Inressenten* nach- gelassen, und der Beleidigte das *Pa- ctum* selbst anzugeben, eben nicht ver- bunden. &c.

(b) v. *Mand. Reg. §. 16. ibi*: Weisn auch die vom §. 8. inclusive angezeig- te Thätigkeiten, sehr hart, und von solcher Beschaffenheit sind, daß daraus Noth und anderes grosses Unglück leicht entstehen kan, auch die *Securitas pu- blica* selbst dadurch lediret wird; so soll der Beleidigte, wenn auch gleich unter ihnen eine Christliche Versöhnung allbereit vorgegangen wäre, dennoch und damit dem *Publico* daraus kein Nothheil erwachsen, auch derselbe auf ein und andere Art zu einer ungezei- gten Remotion der öffentlichen Abbitte

und Verschweigung der That, nicht ge- nöthiget werden möge, bey Vermeidung einer unnachbleiblichen Straffe von 2. bis 3. Monath Gefängniß, ge- halten seyn, das an ihn ausgeübte Pa- ctum gehöriges Orths anzugeben &c.

(c) v. *Mand. §. 31*. Der Provocat soll sofort, was sich zugetragen, mit allen Umständen, der nächsten Obrig- keit, sie sey civil, oder militar, denun- ciren &c. it. §. 33. Untertasse aber derg- gleichen Provocat die Denunciation, der soll mit 4. Monath. Gefängniß an- gesehen, auch, nach Unterscheid der Personen darinnen mit Wasser und Brod besöffiget werden.

(d) *Mand. §. 25*. Daß keiner sein eigener Richter seyn, sondern jedermann, ohne es vor discrepantlich zu achten, die ihm zugesugten Injurien und Un- recht, Uns, als seiner von Gott ihm vorgesehnen Landes-Fürstl. Herrschafft, &c. anzeigen, und der ihnen dießfalls gebührenden Satisfaction gewärtig seyn soll.

§. X.

*An & alii, præter le-
fos, denun-
ciare pos-
sint, vel de-
beant.*

*An autem & alia Persona, præter læsas, denunciantis officio fungi vel possint vel teneantur? nunc dispiciendum. Apud Romanos quilibet ex populo accusare poterat (a), exceptis quibusdam personis, quæ non admittebantur, nisi suam suorumque injuriam vindicarent, atque in aliis nonnullis casibus (b). Ad denunciandum certæ personæ publicæ fuerunt constitutæ (c), nec cuivis privato crimina deferre licuit (d). Jure *Can.* omnibus denunciare permissum, nec quisquam a denunciando, nisi qui ab accusando, repellitur (e). Nemo tamen, sive Jure Romano, sive*

§. X. (a) §. I. *Instit. de Publ. Judic.* Utile enim credebatur, accusatores multos esse in civitate, ut metu contineretur audacia, prout *c. c. pro Sexto Rosc. Cap. 20. judic.* vel, uti alii suspicantur, ut diffidia inter plebem spargerentur. *v. BEYER, ad π. Tit. de Accusat. in Not. post pos. 2.*

(b) Veluti ob sexum, ætatem, munus publicum, delictum proprium, reverentiam, paupertatem, &c. *v. MACER. l. 8. §. 11. π. de Accusat. Add. WISSENBACH. Disp. ad π. h. l. §. 19. seqq.*

(c) *v. supra §. 2.* Ab his differrebant *Delatores*, qui crimina deferebant, non studio *Reipub.* sed præmiis & lucri spe. Quartam enim ex bonis damnatorum consequentur, unde *Quadruplatores* vocabantur. Hinc parum honestum,

imo maxime exosum, fuit delatorum officium, variis etiam Legibus coercitum. *v. tot. tit. C. de Delatorib. Add. L. 2. C. Theod. de petit. & ultro dat. & delatorib. ibi: Comprimat unum maximum vitæ malum, Delaturum execranda perniciës. WISSENBACH, ad π. Disp. 39. §. 11. THOMAS, de Denunc. Evang. §. 7. not. p)*

(d) Propterea quod tristem exalumnarum segetem inde enasci viderent, si cuilibet privato ad denunciandum proflire fas esset: unde severe in eos animadvertentur, qui, non officii necessitate ad alios deferre audent. *L. 20. C. de his qui accus. non poss. L. 6. 7. & 8. §. 1. & 7. C. de Delat.*

(e) *Cap. 19. X. de Accus. SCHACHER, de Judic. Delict. Denunc. Cap. 3. n. 5.*

five *Canonico*, five *Germanico* communi, ad accusandum vel denunciandum compellitur: Unde nec qui sciens crimen commissum, non relevavit, poenam incurrit (f). Iure *Saxonico* itidem certis personis, veluti *Scultetis*, hæc partes demandatæ fuerunt (g). Et per universam Germaniam hodie certi *Advocati* five *Procuratores Fisci* constituti sunt, quibus accusandi vel denunciandi munus incumbit. Sed *Mandato Regio & Electorali Saxonico* cuicumque denunciandi delicta, eodem prohibita, non libera solum denunciandi facultas concessa, sed & necessitas, pro re nata, sub comminatione pœnæ determinatæ, vel arbitrariæ, nec tamen levis, injuncta est (h): quin & præmia certa Denunciatis promissa sunt (i). Scilicet quod salus Reipublicæ utique exigat, injurias, vindictam privatam, concertationes violentas, duella, omnibus modis coercere, ac, ne impunita maneat, cavere. Neque tamen dubitandum, quin personis judicialibus, *Advocatis*

D

Fi-

(f) *L. un. C. ut nemo invitus agere vel accus. cog. L. 48. §. 1. r. de Furt. L. 5. C. de Furt. & Serv. corr. Constit. Crim. Car. art. 214. COLER. de Proc. Exec. P. 11. n. 212.*

(g) v. l. R. Lib. 1, art. 2. Der Bauer-Meister soll rügen.

(h) v. *Mand. §. 50.* Jedermann, der von einem, diesem unsern Mandat zu wiederlaufenden Verbrechen Wissenschaft erlangt, besonders die Haus- und Tisch-Wirthe, *Traiteurs*, *Caffee-* und *Thee-Schenecken*, sollen, wo wirkliche *Provocations* geschehen, oder gar *Duelle* darauß erfolgt, selbige, bey Vermeydung halbjährigen Gefängnisses, bey andern Fällen aber, bey ar-

bitrarischer, jedoch nachdrücklicher Straffe, schuldig seyn solche anzugeben.

(i) v. *Mand. §. 50.* Damit aber auch die Denunciaciones desto mehr befördert werden, soll jedesmahl dem ersten Denuncianten, der ein formales Duell anzeigt, 100. Thlr. der eine Rencontre kund macht, 50. Thlr. wenn Real-Injurien vorfallen, 30. Thlr. welcher aber grobe Verbal-Injurien, und was dahin zu ziehen, oder darunter begriffen, angebet, 10. Thlr. wenn die Ueberführung des Delicti erfolgt, aus derer Verbrecher bereitesten Vermögen, zu gewissen und unschlöharen Re-compens, mit Verschweigung seines Namens gereicht werden.

Fisci (k), ac ministris publicis, veluti apparitoribus, qui sæpe juramento ad hoc obstringuntur, præ ceteris hoc negotii hodie datum sit, ut hujusmodi delicta denuncient.

§. XI.

*An alius
pro alio
denuncia-
re possit?*

Ex dictis liquet, in Saxonia nostra hodie non dubitandum, quin parentes pro liberis, & liberi pro parentibus; maritus pro uxore, & uxor pro marito; dominus domine pro famulis & ancillis, & famuli ancillæ pro dominis; Magistratus pro subditis, & subditi pro Magistratu; imo amicus pro amico, injurias hujusmodi personis illatas, denunciare possit. Neque etiam dubitandum, quin & per Procuratorem injuriæ denunciari queant, nec scrupulosa legitimationis exceptio ipsi opposita locum habeat: cum & personis, nullo mandato instructis, vi Mandati Regii, sit æqua denunciandi potestas.

§. XII.

*Abusus
Denuncia-
tionum.*

Hoc vero dolendum, quod utilissimum Denunciationis remedium sæpius in abusum trahatur, & quod ad tollendas mutuas civium injurias & altercationes, ac securitatem ipsis præstandam, tranquillitatemque in societate civili conservandam, comparatum & introductum est, ipsum adeo in materiam injuriarum ac læsionum convertatur. Experientia sane docet, quam multi sint, qui, ut ægre faciant alteri, quodcumque dictum vel factum, quod vix speciem injuriæ habet, ac sæpe corrigendi aut defendendi animo prolatum est, statim maligno animo arripiunt, ac pro injuria Judici venditant, adeoque vel obtorto collo proximum hoc nomine in jus vocant. Accidit hoc interdum inter litigantes in causis civi-

(k) v. Mand. R. §. 58. n. 4. | te Theil selbst, oder einer unserer Fi-
bli: Es agire entweder der Beleidig- | kalen.

civilibus, eorumque causarum Patronos, qui, dum vident, iustitiam causæ ab adversarii partibus stare, aut Advocatum ejus causæ injustæ prudentia sua ac dexteritate mafcule obviam ire, continuis vexis eum, ejusve Advocatum, lacescunt, ac ea, quæ pro tuenda causa confidentius scripta, dicta, vel facta sunt, ex Actis corradunt, atque in injurias detorquent, animoque vindictæ pleno, ut sibi hoc nomine satisfiat, a Judice postulant (a). Taceo similem in modum sæpe famulos & ancillas contra heros herasve hoc remedio abuti, pluresque alios hujusmodi abusus silentio prætereo: eo quod jam alii fusius hoc argumentum edisseruerunt (b).

§. XIII.

At malignum hunc denunciandi pruritus tantum *Cautela*
 D 2 abest, *Judici*

§. XII. (a) Nescio annon huc referenda sit, quæ in ipsis rerum argumentis sese obtulit, species: Nimirum Titius, causarum Patronus, virtute, doctrina & experientia clarus, rogante Caja, adversus Semproniam debitricem, domicilium mutantem, a Judicio quodam Arrestum petit, addita ratione, quod Semproniam, solutionem indes differens, ac tandem ex urbe & regione, maxima fortunarum parte jam evecta, discessura, de fuga suspecta sit. Semproniam Advocati factum denunciat, & verba ejus, ceu injuriosa, sinistre interpretatur. Judicium Denunciationem suscipit, Titium ad respondendum citat, ipsique declarationem honoris cum

multa & expensarum restitutione, injungit. Ast Titius gravatus se defendit, & licet decifum Judicii, transmissis Actis confirmaretur, tamen a *Scabinatu Lipsiensi* Responsum tulit, se & a declaratione, & poena, & expensis penitus absolvendum esse, verbis: So möchte ich auch mit der erkannten Ehren-Erklärung, Strafe und Abstattung derer Unkosten, auſſer ſo viel auf eure Defenſion gegangen, wohl verſchonet, Denunciant hingegen damit wohl beleeget werden. N. N. N. N.

(b) v. Diſp. de *Quibusdam obſervantiis, æquitati repugnantibus, circa Proceſſum Denunciationum &c. occurrentibus* ſub Præſidio J. P. KRES-
 SII Helmſtadii a JO. FLEISCHE-
 RO edita, Cap. I. §. 2.-5.

*circa Denunciatio-
nes injun-
cta.*

abest, ut Mandatum Regium approbet, ut potius variis modis, deinceps exponendis, eum coërcendum statuatur. Inprimis caute Judicem procedere jubet, ubi ab hominibus ignotis, vel famosis, nec fide satis dignis, contra personas honestas, vitæ famæque integras, scelerisque hæcenus puras, aliquid denunciatur: Scilicet ut, antequam custodia denunciati, aut aliud quid, quod in præjudicium ejus vergere queat, decernatur, ulterius rem explorare conetur, imo, pro ratione circumstantiarum, Denunciantem ad satisfactionem adstringat, vel tolerabili custodiæ ipsum demandet (a). Quæ dispositio licet ad injuriarum atrociorum, provocationum, ac duellorum denunciations potissimum pertinere videatur: menti tamen ejus haud adversum esse putamus, si exinde colligamus, generatim in Denunciationibus aliquam personarum rationem habendam, atque fidem Denunciantium juste prudenterque metiendam esse.

§. XIV.

Forum Denunciationis Saxonicæ comp. tens.

Denuncianda autem sunt delicta, adversus Mandatum Regium & Electorale, sæpius laudatum, perpetrata, regulariter *Judicio competentis*, quod pro diversitate personarum, quin & causarum, varie in eodem Mandato

§. XIII. (a) *Mand. Reg. §. 31.* ibi: Doch hat die Obrigkeit, bey welcher dergleichen Denunciation geschicht, die Behursamkeit zu gebrauchen, daß, im Fall der Denunciant eine unbekante Person, oder sonst so beschaffen, daß dessen fides in Zweifel zu ziehen, und sich hierbey sonst nicht andere glauwürdige indicia herfür thäten, selbige einen solchen Denuncianten, bis die Denunciation erweislich gemacht, in sichere, iedoch leidliche, Verwahrung bringen, und behalten, möge. & §. 50.

Im Fall auch die Denunciation von unbekantden, oder übelberüchtigten Leuten wider honete und unbescholtene Personen angebracht werden solte, ist zuförderst, ehe man wieder die Denuncie eine Arteltirung, oder sonst etwas nachtheiliges, verhänget, mehrere Erfundigung einzuziehen, auch wohl nach Gelegenheit der Umstände, der Denunciant zu Befesslung günglicher Caution anzuhalten, oder gar in leidliche Verwahrung zu bringen.

to determinatum est (a). Siquidem aliud in his causis honoris & duellcis forum est Ministrorum, Nobilium Aulicorum, & Consiliariorum, Regio-Electoratum (b), aliud Personarum militarium (c); aliud Personarum & ab utroque hoc ordine, & ab aliis peculiari caractere aut qualitate, distinctarum (d); aliud concurrentium & militarium & civilium Personarum (e); aliud Professorum & Immatriculatorum, speciatim Studiosorum, ac intuitu horum aliud, si causa sit criminalis (f), aliud, si tantum ad disciplinam academicam pertineat (g); aliud, si illi extra Academiam agant & delinquant (h); aliud denique, si milites concurrant (i). Hoc tamen per se intelligitur, iis in casibus, ubi Judicium harum causarum demum est constituendum ac formandum, non posse illi quidquam denunciari, antequam formatum est: Sed Denunciatio tunc ad ipsum Principem, vel pro re nata, ad Magistratum loci ordinarium, dirigenda erit. Quodsi delictum commissum sit a personis, ab aliis, ob peculiarem qualitatem, in hoc Mandato non distinctis: denunciari debet Judici, qui alias, ex praescripto LL. Provincialium, intuitu delinquentis & delicti est competens (k).

D 3

Cir-

§. XIV. (a) Mand. R. §. 58. Damit aber auch jedermann wisse, wer sein Richter sey &c.

(b) d. §. 58. n. 1. Das, wenn es unsere Ministres, Hoff=Cavalliers und Raths anbetrifft, &c.

(c) n. 2. Gehörte hingegen sowohl der Beleidigter als Beleidigte unter die Militz &c.

(d) n. 3. Würden aber andere, zu denen nur angeführten Personen, nicht, doch aber unter die, so im 1. §. beschrieben, gehörige &c.

(e) n. 4. Wären die Delinquenten

Theils von der Militz, Theils vom Civil-Stande. &c.

(f) n. 6. Daferne nun auf Universitäten, unter Professoren und andern Immatriculirten, insonderheit auch denen Studenten, dergleichen Dinge vorgefallen &c.

(g) ibid. verb. In geringern Injurien &c.

(h) ib. verb. Wäre es aber außerhalb der Universität &c.

(i) ib. verb. Im Fall aber Soldaten dabey mit interestirt seyn &c.

(k) ib. verb. Da aber endlich die Ver-

Circa Provocationes vero speciatim est sancitum, has initio tantum Judici cuique proximo, sive civili, sive militari, denunciandas esse: qui adeo provocantem probe custodire, atque factum ad forum competens referre debet. Ceterum quod ad terras Principum Agnatorum Lineæ Electoralis, ac Episcopatus Misnicos, nec non Lusatiam inferiorem, de Judice harum denunciatio- num competente Mandato Regio nihil novi statutum est (1).

§. XV.

Partes Denunciationis Saxonicae sunt Narratio facti & Petium. Illa, quæ fundamentum est processus denunciatorii, clara & perspicua, nec nimis generalis aut incerta, esse debet (a): ut adeo inepta sit Denunciatio, qua quis de conviciis, quibus verberatus sit, conqueritur, nec tamen convicium ullum exprimit. Speciatim enim exponi debet, quæ, qualis & quanta sit injuria illata, atque hunc in finem ipsissima injuriantis verba, unacum tempore, & loco, aliisque circumstantiis, injuriam comitantibus, allegari (b): ut Judex inde intelligat, quo loco injuria denunciata sit habenda, & quomodo coercenda; Reus vero habeat, unde momenta defensionis, cujus magnus omnino favor est, depromere queat. Hoc, *Petium* scilicet, generalioribus verbis constare potest: nec opus est, ut vel satisfactionis, vel poenæ, modus Judi-

Verbrechen von solchen Personen committiret wären, die zu denen §. 1. und sonst vorhersehend angemerkten nicht zu ziehen &c.

(1) eod. §. 58. n. 5. Was sonst hienächst unserer Better L. E. Ebben Landes Portiones &c.

§. XV. (a) arg. L. π. de Accus.

(b) v. Mand. §. 22. Mit Anführung nöthiger Umstände. Add. HOPP. Comm. ad §. 7. l. de Injur. n. 2. N. D. de BERGER. Occ. Jur. Lib. 3. Tit. IX. §. 15. not. 1. p. 795. SCHACHER. de Judic. Delict. Denunc. Cap. III. n. 20.-35.

dici præscribatur, quippe qui in Mandato Regio jam præscriptus, ideoque ex officio observandus est; sed sufficiet, si, ut ex præscripto Mandati Regii, adversus Denunciatum procedatur, Denuncians roget (c). *Forma Denunciationis Saxonicae* ad ductum Mandati Regii, quod omnes solennitates & ambages hic respuit (d), neuti- quam solennem Libellum requirit, sed in nuda & simplici facti narratione, per modum Epistolæ, ad Judicem directæ, proposita, atque huic conformi petito qualicumque annexo, acquiescit (e). Imo integrum est læso sine scripto

(c) Hinc non adeo absurdum erat petum Rusticorum, qui, narratis injuriis, quibus affecti erant, pro sua simplicitate adjiciebant; Sie wolten wissen, was sie vor Rebellen wären, bäten um Schutz ic. namque & declarationem tacite petebant, & Magistratus officium, quod læsos ex præscripto legis defendere tenetur, simul implorabant.

(d) v. *Mand. §. 22.*

(e) Exempli loco hæc Formula esse potest:

P. P.

Ew. Hoch=Edl. und Hochw. Herrl. gebe ich gehorsamt zu vernehmen, was Gestalt am 24. hujus ichtlaufenden Jahres Cajus, Bürger und Schumacher allhier, in Sempronii Stube allhier, allwo er zu Biere gewesen, unter andern folgende schimpf. Reden wider mich ausgehossen:

Ich wäre ein Erg=Betrüger und ginge mit lauter practiquen um! Wann aber derselbe hierdurch meinen Ehrlichen Nahmen zur Ungebühr,

so viel an ihm ist, zu kräncken geschiet: Als kan nicht umbier Ew. Hoch=Edl. und Hochw. Herrl. solche Injurien hiernit zu denunciiren, nebst gehorsamter Bitte: Sie wolten nach dem allergnädigsten Duell- und Injurien=Mandate, wider den Injurianten Cajum gebührend zu verfahren und mir, wieder solche ungebürl. Schmähung und Bekränkung meines Ehrlichen Nahmens, Obrißkeitlichen Schutz wiederfahren zu lassen, auch zu Erstattung aller hierdurch verursachten Unkosten obgedachten Cajum anzuhalten, hochgeneigt geruhen. Wofür ic.

Ticius.

Vulgo quidem Peticum hunc in modo formari solet:

Wenn aber derselbe mich hierdurch zur Ungebühr geschändet, ich mir auch solche Injurien schmerzlich zu Gemüthe gezogen, und also ohngeahndet auf mir ersehen zu lassen nicht gemeinet; Als will dieselben dem allerg. Duell- und Injurien=Mandate gemäß Ew. Hoch=Edl. ich Krafft dieses denunciiren, nebst gehorsamter Bitte: Sie wolten Injurianten Cajum des nächsten hierauff zur Antwort

wort

scripto Judicem adire, atque oretenus injurias sibi illatas, observatis tamen requisitis modo memoratis, ipsi denunciare. Scriptæ vero Denunciationi nomen Denunciantis necessario subjiciendum, ut constet, non esse famosum libellum, ac possit judicari, an denunciatus sit persona integræ famæ & fidei, aut, si calumniator deprehendatur, poena calumniæ affici. Quocirca nec ficto nomine deferens admittitur, nec ullam meretur fidem (f).

§. XVI.

An Denunciatio a litigantibus in Processu Civili fieri, & plures Denunciations in uno Libello cumulari possint.

Illud quoque hic quæri potest: An Denunciatio Injuriarum, a partibus litigantibus invicem illatarum, in Processu Civili fieri, ac positionibus mutuis inferi possit? Et regulariter quidem talis Denunciatio, imprimis si injuriæ denunciatæ alicujus momenti, atque altioris indaginis sint, non facile attenditur: ne confusio exoriatur in Processu. Nihilominus tamen præteritio hæc denunciacionis in sententia, in causa civili, facta, gravamen haud parit, per Leuterationem, vel Appellationem, corrigendum, cum injuriam separatim denunciandi facultas læso, hoc ipso, nondum sit adempta (a). Quodsi vero Injuriæ sint levi-

ores

wort legaliter vor sich citiren, ihn hierüber allenthalben gebührend vernehmen, und, facta responsione, zur Abbitte und Ehren-Erklärung, nebst Ausstellung eines gerichtl. Recesses über solchen Actum, zu meiner Satisfaction, auch Erstattung aller hierdurch verursachten Kosten anzuhalten, und hierüber andern Injurianten zum Abscheu exemplarisch zu bestrafen, hochgeneigt geruhen, ic.

Sed quid de hujusmodi formulis sit sentiendam, ex dictis superius facile est ad intelligendum.

(f) v. BRUNNEM. de Inquis.

Proc. Cap. IV. n. 23. HEIL. Jud. & Defens. in Proc. Inquis. Cap. I. §. 1.

§. XVI. (a) Quodsi nihilominus pro gravamine venditetur, sententia leuterata declaratio annecti potest: uti factum a Facult. Jurid. Vitemb. in causa C. F. S. contra M. B. A. corr. m. Nov. h. m. Der eingewandten Leuterungen obgeachtet ic. jedoch mit der Erklärung, daß ic. es ist auch Intervenienten und dessen Anwalt, Klägern, wegen der wider sie ausgestoßenen Injurien absonderlich zu belangen, und solche geböriges Orts zu denunciiren, unbenommen.

ores, Anzüglichkeiten, & in continenti liquidæ, nec nisi admonitione quadam (b), aut correctione verbali (c), aut levi mulcta (d) coercendæ: sententiæ civili etiam hæc annexi possunt. Quærere etiam licet: *An plures Denunciations in uno Libello cumulari queant?* Prohibitum hoc esse, dici non potest; ut adeo Denunciationis Libellus pro inepto, ob cumulationem hujusmodi, non sit habendus: imo, si denunciations adversus unam personam sint directæ, sententia citra necessitatem non erunt multiplicanda; quamvis, vexæ causa, sæpius hoc fieri soleat (e). Attamen sæpe prudentia Judicis, vel Acta, vel saltem sententiæ, separare svadet: idque itidem confusionis vitandæ causa, præmissis si diversa plane contra diversas personas fuerint denunciata (f).

§. XVII.

Porro, num Denunciatio cum Reo, ante responsonem, vel AnDenun-
etiam ciatio cum

E

(b) v. g. Daß Beklagter aller Anzüglichkeiten sich zu enthalten schuldig.

(c) v. gr. Daß Beklagten, oder dessen Advocato, die wider Klägern gebrachte Anzüglichkeiten nachdrücklich zu verweisen.

(d) v. gr. Würde Beklagter die fol. befindliche Schrift gebührend recognosciren, iminassen ihm sub pœna recogniti, zu thun obliegt, so ist derselbe, wegen derer darinn gebrachten Anzüglichkeiten, um 5. Thl. zu bestrafen.

(e) Inter observantias aequitati adversas, sive abusus, refert Auctor *Dissertationis Helmstadiensis de Observantiis* &c. Cap. I. §. 8; & hoc, quod in nonnullis Judiciis tot volumina Actorum conficiantur, quot Denunciations ab Actore profertur, cum tamen in delatoribus

animus vexandi alterum sæpe satis appareat. Unde & Judicio cuidam, itidem hac in parte, in causa *A. contra S.* excedenti, ut uno volumine ac processu istæ lites sopirentur, elementissime mandatum esse, idem Auctor memorat. Laudat quoque hoc in passu præmissis *Pætorium Lipsiense*, quod, cum videat, Denunciationum vexas, in unum volumen tres, quatuor, & plures earum, quæ eundem Actorem & Reum designant, compingere soleat.

(f) Ita aliquoties in talibus casibus duas sententiæ a *Fac. Jur. Viemb.* conceptas esse, Dn. Præses meminit.

Reo a ne
citatio-
nem, vel
etiam re-
sponso-
nem, sit
communi-
canda.

etiam citationem, sit communicanda? disceptatur. Pro negante sententia laudatissimum Mandatum Reg. militare videtur: quippe quod stylum Processus denunciatorii, in causis delictorum alias usu receptum, den in *desen Landen hergebracht*en Rügen: Process, in causis injuriarum quoque vult observari. Jam vero uti Processus denunciatorius a civili, in quo libelli communicatio est necessaria, longius omnino recedit, quam ab inquisitorio, quippe cujus æmulus est; in eo saltem ab hoc diversus, quod summarie procedat, nec responsionem ad articulos exigit (a): ita in hoc etiam inquisitorium imitari videtur, quod eidem æque minus, ac inquisitorio, prævia denunciationis communicatio sit conveniens. Ratio enim, quæ in Inquisitorio Processu communicationem ejusmodi prohibet, hæc sine dubio est; ne, communicata denunciatione, spatioque deliberandi, & ad respondendum se preparandi, concessio, ansa Reo præbeatur, per mendacia, domi excogitata, Judicem fallendi, ac per varias artes & machinationes penam promeritam evadendi. Quæ ratio cum & in Injuriarum, atque his affinium delictorum, reis locum habere possit: etiam similis procedendi modus circa eosdem locum habere videtur. At enim vero si intueamur, quid fieri soleat, praxin Judiciorum sæpe huic sententiæ contrariam observamus: dum vel tenor Denunciationis Citationi inferi, vel exemplum ejusdem, quod copiam vocant, una cum Citatione, Denunciato transmitti, imo interdum vel ante citationem ad respondendum, communicata denunciatione, informatio tantum de circumstantiis facti denunciati, ab eodem requiri, siveit (b). Neque forte evictum est, hunc stylum

S. XVII. (a) V. BEYER, *Delin.*
J. Crim. ad Art. VI. & VII. pos. 2. 3. 4.

(b) Quem stylum *Supreme Curie*

stylum Denunciatorii Processus indoli prorsus refragari: Siquidem is solis moribus nititur, nec certa ejus forma ullis legibus definita est. Annon vero favor quoque defensionis, qui ab omnibus magnus esse perhibetur, flagitet, ut quemadmodum Reo civili copia libelli fieri solet, quo, cedere, an contendere velit, deliberare queat, ita & inculpato spatium deliberandi, ac in memoriam dicta vel facta sua sibi revocandi, adeoque, quid respondendum sit, præmeditandi, ne præcipitata responsione sibi ipsi noceat, concedatur, rerum gnaris perpendendum relinquimus. Id saltem certum est, in Mandato Regio præviam Denunciationis communicationem disertis verbis non prohiberi. Imo cautela, circa denunciations, & personas denunciantes, Judici injuncta, hunc procedendi modum sæpe svadere videtur: præsertim ubi a subditis aliquid denunciatur contra Magistratum, pro quo justitiæ & æquitatis militat præsumtio, & cujus adeo auctoritas pro virili conservanda est (c); vel contra Advocatum, quem tamen Jure suo, pro clientis causa tuenda, usum fuisse, apparet, vel in continenti doceri potest (d). An vero hæc

E 2

cautela

ria Provinciali, quæ Lipsiæ viget, & exemplo ejus, Concilio Academico, itemque Prætorio, aliquoties placuisse, recordamur.

(c) Oblatus est talis casus Supreme Curie Provinciali Lipsiæ, cui molitor quidam in pago G. adversus Dominum loci Jurisdictionalem W. I. denunciavit, se ab ipso justum, e loco jurisdictionis migrare, daß er ihm Hufslage geshan, seine Gerich- te zu räumen. At Illustre hoc Judici-

um non statim citationem Denunciati ad respondendum sub poena confessi & convicti decrevit, sed monitorium, cui tenor denunciationis insertus fuit, antea ad eum emisit; quo factò, & hujus insequuta relatione, nec hodie, quantum nobis constat, denunciatis voti compos factus est.

(d) Tale quid contigit, cum cenopola quidam Lipsiensis G. K. adversus J. J. denunciationem Præ-

torio

cautela eousque se extendat, ut, quoties vel personæ denunciatae, vel dictorum factorumve denunciatorum qualitas omnem finistram præsumtionem excludere videtur, cuius Judici inferiori integrum sit, citationem tantisper suspendere, atque denunciatum, communicata ei denunciationis copia, prius in scripto se defendentem audire? de hoc merito dubitandum, vel saltem, deficiente clara Legis dispositione, decisioni superiori istud relinquendum censemus.

§. XVIII.

An & Denunciante in Termino responsionis sit comparandum.

Jam, quid in Termino, qui ad respondendum Reo præfixus est, Denunciante sit agendum? scire forsitan cupies. Respondemus; nihil: nec plane præsentia ejus, ex indole hujus processus, in quo Judici potissimum cum Reo, Actore subducto, res est, in hoc termino requiritur. Hinc, quam egregie rem suam gerant Advocati, qui una cum denunciante, a cujus partibus stant, vel ejus nomine, in Termino responsionis comparent, libellum denunciationis, more civilium Actorum, repetunt, atque Reum ad respondendum solemniter provocant; & quanto opere hujusmodi institutum a natura processus denunciatorii abludat, facile colligere licet (a).

§. XIX.

torio Lipsiensi obtulit; eo quod per mandatarium in itinere ipsum interceptus fuerit, & arresto in urbe Pegau detineri, a Magistratu petierit, reculasque absentis peruestigari curaverit. Ex relatione enim, quam, prævia denunciationis communicatione, postea Denunciatus exhibuit, manifeste patuit, Denun-

ciantem ipsius ex litteris cambialibus fuisse debitorem, & simul res quasdam, fidei ipsius concreditas, fugiendo secum abstulisse. Unde omne denunciationis fundamentum, injuria, corruit.

§. XVIII. (a) Diffiteri tamen non possumus, uti relationem accepimus, ipsam etiam *Supremam*

§. XIX.

Ordo tangit *Probationem* Denunciationum: Sed hic nobis brevioribus esse licebit, quod alii in hoc argumento excutiendo fuerunt prolixiores (a). Probantur autem Denunciationes, ut alia actiones, vel per *Documenta*, Denunciationi statim subjungenda, vel per *Testes*, in eadem denominandos (b); quibus, pro re nata, vel supplementum, vel purgatorium, jusjurandum accedere potest (c); vel, si utroque probationis genere Denuncians destituitur, ad juratam Denunciationis *confirmationem*, ex praescripto Mandati Regii, admittendus est (d). Neutiquam vero

*Probatio
Denunciatum.*

E 3

hac

mam Curiam Lipsiensem saepius non solum provocaciones memoratas, sed etiam ultiores positiones, ore tenus tamen in termino a Denunciantium Patronis prolatae, imo & alia scripta, postea exhibita, admisisse, tandemque Denunciatum in causa succumbentem ad restituendas expensas, pro iisdem erogatas, condemnasse. Sed haud dubie factis causa fuit laudatissimo huic Judicio, cur partibus hunc procedendi modum indulgeret.

§. XIX. (a) Orium nobis hic fecerunt duae *Dissertationes*, quarum altera hic *Vitembergae* A. 1720. sub praesidio Dn. G. L. MENCKENII sub titulo: *Observationes circa Processum Saxonicum, quo causa injuriarum, ex Mandato Regio de A. MDCCXII. peraguntur*; altera *Helmstadii* A. 1721. praeside Dn. J. P. KRESSIO sub titulo: *De quibus-*

dam Observantiis, equitati repugnantibus, circa Processum Denunciationum, qui in foro Saxonico ad Mand. Reg. de Duellis MDCCXII. invaluit, occurrentibus; prodiit.

(b) v. *Mand. Reg. §. 22.* Daß in Zukunft eine bloße Denunciation, von seiten des Injuriati, mit Auführung nöthiger Umstände, auch Befügung und Anziehung derer zur Sache dienenden Schefften, oder Benennung der Zeugen, so mit zugegen gewesen, oder sonst davon Wissenschaft haben, zu summarischer Eydlischer Bestärkung, die begangene Injurien dadurch zubeaupten, statt haben soll &c.

(c) v. *Mand. §. 59.* Wie denn, und wenn es sonst an gungsamem Beybringung ermangeln mögte, entweder dem Beleidigten das Juramentum supplementarium, oder dem Beleidiger das Purgatorium, nach Probabilität von denen vorfommenden Umständen, aufzuerlegen nachgelassen seyn soll.

(d) v. *Mand. Reg. d. d. 4. Mart. A. 1716.* Dagegen in den casibus, wo in Erman-

hæc laudatissimi Mandati mens est, quasi, ad finem usque probationis, Denunciandi in Judicio sit hærendum, articuli probatoriales exhibendi, ac deinceps cum Denunciato desuper mutuis positionibus disputandum: cum iste probandi modus a Denunciationis processu plane sit alienus. Sed subsidia tantum Judici hoc pacto suppeditantur, quorum beneficio facti veritatem ulterius investigare, atque de eadem Reum convincere queat.

§. XX.

Utrum Probatio, cum primis Testium examen, responsionem Rei precedere debeat, an vero sequi? ea de re non convenit inter Mandati Regii interpretes. Alii prius, argumentis non solum ex verbis Mandati Regii, sed & natura Processus denunciatorii, potissimum desumptis, affirmant; Alii contrarium tuentur, atque examen testium non necessario responsioni Rei præmittendum esse, opinantur (a); Utraque opinio suis nititur fundamentis, non prorsus contemnendis (b). Nobis, salvo aliorum judicio, mediam, inter utramque, sententiam amplecti liceat: Nimirum, quamdiu certa Processus denunciatorii forma a Legibus non est determinata, nec omnia in eo ad amussim definita sunt, perpetuam Judicibus regulam præscribi non posse, sed nonnulla prudenti eorum arbitrio relinquenda esse. Nuncunquam prudentiæ omnino erit, testes prius examinare, quam Reus ad respondendum in

ius

Erangelung des Beweises über den Injurien der Ehd deforiret wird, den Kläger zu ephlicher Bestärkung seiner Denunciation, und nach dessen Erfolg, Beklagten zu Leistung des Purgatorii, vertheilen.

§. XX. (a) Altera sententia in Di-

sputatione Vittembergensi, §. 3. & seqq. altera in Helmstädtensi, Cap. II. §. I. & seqq. defenditur.

(b) Unde & in Denunciatione hujusmodi formulas, quales sæpius Dn. Præsidi se obrulerunt, adhibere solent:

Dr.

jus vocetur : inprimis si vel fides Denunciantis Judici suspecta videatur, vel factum denunciatum magni sit momenti, cujus omnes circumstantiæ probe considerari mereantur ; a testibus autem speretur, fore, ut plures circumstantiæ manifestentur, super quibus deinceps & Reus interrogari queat. Interdum saltem unum testem, qui optimam rei notitiam habere videtur, ut sumtibus parcat, ante responsonem Rei, examinare juvabit. Verum hæc non erunt perpetua, nec instar legis, quamdiu Lex deficit, semper Judici tam religiose observanda, quin, si ita visum fuerit, interdum aliter procedere, atque statim ad responsonem, a Reo exigendam, in casu vero negationis demum, ad testium quoque examen, progredi queat. Saltem ex verbis Mandati Regii, de denominandis statim testibus, etiam examen eorum prærequiri, necessario non inferendum videtur ; cum denominatio etiam propterea fieri possit, ut habeat Judex, in casu negationis a Reo factæ, nec Denunciante in iudicio amplius compariante, quo recurrat. Neque natura processus denunciatorii hunc procedendi modum, quippe nulla lege præscriptum, necessario exigere videtur : præsertim cum & in Inquisitorio processu testium examen etiam post responsonem Inquisiti suscipi soleat, imo, ex sententia Celeberrimorum JCrorum, debeat (c).

§. XXI.

Deficientibus testibus vel documentis, Denunci- *An Denun-*
ans ad juratam Denunciationis confirmationem admit- *ciantes in-*
tendus est, ut modo traditum (a). Sed an hoc eo etiam *distincte*
ad jura-
in

Dasem aber Beschlagter sich einer Denun-
cianten unterfangen wolle : so will se. Sive
Auf den Vereinigungs-Fall will hiermit
M. J. K. u. N. B. beyde Bürger und
Schumacher allhier zu Zeugen angeben.

(c) V. BRUNNEM. de Inquis.
Proc. Cap. VIII. n. 2.

§. XXI. (a) Mand. R. d. d. 4.
Mart. 1716. conf. §. præced. 21.

tam Denunciatio- nis confirmati- onem admittere- sint:

in casu obrineat, ubi per testes denominatos, vel documenta producta nihil probatum est, non sine ratione dubitatur. In arbitrio quidem Denunciantis positum est, quonam probationis genere uti, an testes denominare, an documenta allegare, an ad jusjurandum se offerre velit: Sed ab initio tantum, & ubi res adhuc est integra. Cum vero semel viam per testes aut documenta probandi elegit, huic etiam insistendum, nec deinceps regressus ad jusjurandum ipsi aperiendus videtur (b). Cujus sententiæ fundamentum in ipso Mandato Regio de d. 4. Mart. A. 1716. reperitur: dum jurata denunciati- onis confirmatio iis in casibus locum habere dicitur, ubi alias juramenti delatione utimur: jam vero, uti juramenti delatione semel electa, alio probationis genere postea uti non licet; ita vicissim, probatione, per testes, vel documenta, electa, juramenti delatio non amplius admittitur. Accedit & ratio, quod expediat denunciati- onis processum non nimis protrahi, quem contrahi, ac brevi finiri vult Princeps Legislator: Protraheretur autem, si novis semper probationis generibus fatigari posset Reus. Ut alia, præsertim perjurii metum, taccamus. Nec aliter sentiendum, si quis in Denunciatio- ne & testes examinandos designet, & simul jusjuran- dum sibi reservet (c).

§. XXII.

(b) Ita nuper in *Prætorio Lipsiensi* Domini *Scabini* postquam documentum, pro demonstranda denuncia- tione a Denunciante J. H. M. contra C. R. productum, minus idoneum, in primis quod ipse denunciatus in persona scribentis variaverat, judicatum fuit, eum ad juratam confirmationem admittere noluerunt. Similem sententiæ laudato *Scabinatu* accepit P.

A. contra D. M. cum ille, proba- tione per testes frustra tentata, ad jusjurandum confirmatorum admitti cuperet.

(c) Quod nuper in Denunciati- one quadam observavit Dn. Præ- ses, ubi hæc formula habebatur: *Uns den Berneinungs-Fall will hier mit J. C. O. den Zimmermann, und J. G. S. zu S. welche damals gleich das Holz vor der Haus-Thure geardet* ttf

§. XXII.

(a) Verum hæc, quæ de jurata Denunciationis confirmatione dicta sunt, non tam crude sunt accipienda, atque in hunc sensum interpretanda, quasi Judex quemlibet Denunciantem sine ullo discrimine, nulla ratione habita personæ, aliarumque circumstantiarum, quæ denunciationem suspectam reddere possunt, ad jusjurandum admittere debeat. Imo vero caute & circumspecte omnino hic procedere Judicem oportet, atque ante omnia deferentis qualitatem, ingenium, mores, aliasque circumstantias, sollicitè examinare (a), ac omnibus modis, ut de facti veritate certior reddatur, curare, priusquam juramentum hujusmodi, ad quod nimis faciles pro dolor homines sunt, in præjudicium Rei, Denuncianti indulgeat. Sæpius enim homines malevoli ex odio magis personæ, quam delicti, ac per meram calumniam, denunciant, quæ vel plane non, nisi in ipsorum cerebro unquam, vel saltem non ita, uti referuntur, perpetrata sunt, nec ulla perjurii religione a jurata eorum confirmatione deterrentur, modo finem suum obtineant, ut proximo noceant, atque mille molestias & incommoda ipsi creent. Hinc si calumnia denunciantis appareat, vel magna perjurii suspicio sese exerat, satius erit, denegato jurejurando, statim Reum absolvere, Denunciantem vero in expensas, aut pro re nata, poenam calumniæ, condemnare (b). Consentanea quoque est ista Judicis circumsp-

An quilibet Denuncians indistincte ad juratam Denunciationis confirmationem admittendus sit?

F

tet, zu Zeugen angegeben, des Erblichens, auch meine Rüge eydlich zu bestärken. Rectius in alia Denunciatione disjunctiva formula posita: in casum negationis reservire mit diese Denunciation entweder durch

Zeugen bezubringen, oder vermittelst Eydes zu bestärken.

§. XXII. (a) v. OLDEKOP. *Obsev. Crim. Tom. II. Obs. 19. n. 2. p. m. 104.*

(b) Ita inclutus *JCorum Vitemb.*

Ordo

cumspectio Mandato Reg. quod, probe rem explorare jubet, antequam in præjudicium Rei aliquid statuatur (c). Quid vero magis in præjudicium ejus vergere potest, quam si, denunciatione jurato confirmata, ad purgatorium non solum, sed &, quas hoc in tergo secum fert, expensas, sit condemnandus.

§. XXIII.

Quibus
modis De-
nunciatio-
nes Inju-
riarum
tollantur:
An Præ-
scriptio-
ne?

Restat, ut *Modos, quibus Injuriarum Denunciations tolluntur*, paucis consideremus. Inter hos primo statim loco se offert *Præscriptio*. Equidem Duellorum & homicidiorum poenæ nulla præscriptione tolluntur, uti clare in Mandato Regio sæpius allegato fancitum est (a). At Injurias simplices, sive verbales, sive reales leviores, quorum coercitio ad jurisdictionem inferiorem pertinet, earumque vindicationem, anno elapso, ex dispositione Juris Saxonici communis & Electoralis (b), extingvi, nec post Mandatum Regium sæpius laudatum, quo nihil hac in parte

Ordo haud ita pridem pronuncian-
dum censuit in causa A. M. B. con-
tra D. A. G. cum Denuncians, qua
vindieta & odii suspecta videbatur,
ad juratam Denunciationis confir-
mationem properaret, verb.

Das U. M. B. gestalten Sachen nach
zur cyblichen Bestärkung ihrer sol-
i. angebrachten Rüge nicht zugelass-
sen, sondern obgedachter D. A. G.
mit dem ihm sol. 10. zuerkannten Re-
imanns-Eyde, nicht weniger denen
auff diesen Proceß gewandten Unfo-
sien, außer denenjemigen, so auf seine
Defension geaangen, billig zu ver-
schonen, und in Mangel andern und
mehrern Verdachts wider denselben
weiter nichts fürzunehmen, massen
auch ihm von obbemeldten B. gebüh-

rende Satisfaction dießfalls an behö-
rigen Orthe zu suchen unbenommen.
D. N. B.

(c) Mand. R. §. 50. verb. ist zufer-
derst, che man wider die Denuncie-
etwas nachtheiliges verhänget, mehrere
Erfundigung einzuziehen.

§. XXIII. (a) v. Mand. R. §. 43. Es
soll auch wegen derer vorgegangenen
Duelle und Mordthaten keine Præscrip-
tion oder Verjährung statt finden &c.

(b) v. Land-Recht Lib. II. art. 31.
Part. VI. Const. Elect. 67. Dn.
WERNHER. Ordinar. Fac. Vitenb.
Part. V. Observ. For. 186. & Vol.
VII. Supplem. p. 635. Dn. LUD-
MENKEN, Ordin. F. Lips. Theor.
& Prax. Pand. Tit. de Injur. §. 21.

parte mutatum, præscriptionis vero sublatio ad delicta duellica restricta est, dubitandum (c).

§. XXIV.

Neque dubitandum, quin & ob *Condonationem* sive *Re-missionem* Injuriae illatae denunciatio cesset; sive ea expressa fuerit, sive tacita, puta dissimulatione ejus, aut amica salutatione, aut familiari conversatione cum eo, qui injuria alterum affecit, significata; modo proprio motu, nec officii necessitate adductus, id fecerit læsus. Atque hoc eo valere videtur, ut, licet remittendi animum se non habuisse, jurare velit injuriatus, tamen audiendus non sit: quod jura tam validam ex ejusmodi facto præsumtionem de injuria remissa eliciant, ut eam injuriati sacramentum elidere non valeat; quippe a quo eo magis homines, ad jurandum proclives cohibere par est, quo faciliores ad condonandas mutuas injurias esse debebant (a). Neque sane is, qui injuriam, sive verbis, sive factis illa-

F 2

tam,

(c) Ita sapius a *F. J. Vit. & Lips.* pronunciatum, uti præjudicia laudatis Auctoribus allegata testantur. Quibus addere liceat unicuique, a Dn. Præside communicatum, ubi *Ordo Jct. Vit.* in causa C. P. v. O. contra S. Sch. ita censuit: Daß S. Sch. in Ansehung, daß die Injurien-klage zur Zeit, da die Ladung dierfalls insinuiert worden, bereits verjährt gewesen, C. P. v. O. eine Abbitte vor Gericht zu thun nicht schuldig, u. hierüber 3. Monat lang mit Gefängnis nicht zu bestrafen, noch zur Abstattung derer auff diesen Proceß gewandten Unkosten anzuhalten, sondern vielmehr C. P. v. O. solche abzustatten ver-

bunden; er könnte u. wolte denn, daß von der Zeit, da er von der angegebenen Injurie Wissenschaft erlanget, bis zur Zeit der dem Sch. dierfalls insinuirten Ladung, noch kein Jahr verlossen gewesen u. bescheinigen: Quippe quod Denunciandi pro obtinenda satisfactione sua utique indulgendum videbatur, Atque alterum, quod aliunde mihi innouit, a *Facult. Lips.* in causa *Ch. W.* contra *H. J.* pronunciatum h. m. Daß wider *H. J.* in dem die Verjährung vorhanden, weiter nichts vorzunehmen, es ist auch Denunciant *Ch. W.* die Unkosten davon u. abzustatten schuldig, *B. R. W.*

§. XXIV. (a) Uti censuit *Ordo Vit.* A. 1673, ad Consultationem *Fac. Rudy.* &

tam, propter christianam charitatem remittit, ullum famæ periculum incurrit: excepto tamen eo casu, ubi certum, idemque famosum, crimen alicui, præfertim opifici, objiciatur (b). Ceterum approbat hujusmodi injuriæ levioris condonationem etiam Mandatum Regium, ita tamen, ut, si aliunde Judici illa innorescat, pœna nihilominus ex officio ejus auctor afficiendus sit (c). Denique & morte læsi æque ac lædentis, denunciationem expirare, quod condonata censeatur, quæ a vivo non est denunciata, injuria, nullum est dubium.

XXV.

& cum eo ejus hodie Ordinarius Magnif. Dn. WERNHER, P. I. *Obs.* 173. qui & hanc rationem addit, quod a-
ctio injuriarum fere ex vindictæ cupiditate, quæ omni modo refrænanda, oriri solet. An autem Remissio injuriæ & ex communi usu S. Cænæ, vel publica deprecatione, quæ fit ab agonizante, itemque præcatione orationis dominicæ, sit colligenda? disceptatur. Agenti tamen sententiæ calculum adjicere licebit; eo quod, rancorem animi cessare, ex modo dictis actionibus utique præsumendum; cessante vero rancore, & privata satisfactionis persequutio cessare videretur. Conf. HOPP. *Comm. ad S. ult. I. de Fugur.* p. 800. ibique alleg. STRYK. aliique.

(b) v. Dn. WERNHER P. III. *Obs.* 187. p. 510.

(c) v. *Mand. R. S.* 17. so ist zwar eine Privat-Vergleichung unter denen Interessenten nachgelassen, u. der Beseidigte das Factum selbst anzugeben nicht verbunden, es sollet auch sodann die S. 3. exprimirte Abbitte hinweg. Nichts

besonder aber bleibt doch dem Richterlichen Amte, wenn die vorgedachte Begünstigung sonst fund wird, die Bestrafung auff Art u. Weise, wie obgemeldet, vorbehalten. Atque ita semper pronunciari ab *Ord. Vir.* Dn. Präses testatus est: nec pigebit Rationes hujusmodi sententiæ, contra E. M. F. lata, ab ipso suppeditatas, hic adjicere: Obwohl die Injurie inter delicta privata referret worden, und obgedachte F. weil sie mit der *Re. Sup.* wegen der ausgehoffenen Injurien sich privatim vergleichen, von der Straffe befreuet zu seyn verneinet: d. a. d. die Delicta privata auch certo respectu als publica zu consideriren, und allerdings auch ein Interesse publica in das unter verriet, daß durch dergleichen schimpffen, und schmähen nicht Staat und Streit erzeget, solglich die Republic dadurch beunruhiget werde, daher dergleichen delicta, wodurch eines andern ehrliehen Nahme inuerrute angegriffen und verleuet wird, nicht unbillig auch mit einer pœna publica anzusehen: so ist &c.

XXV.

Ceterum cum Republica interfit, prurimum temere *Pena te-*
 vel malitiose injuriâ fictas, aliave hujusmodi delicta, *mere vel*
 denunciandi coerceri: *Pœna* quoque a Legibus istis homini- *malitiose*
 bus, qui proximo falsa aut mendaci denunciatione sua gra- *denunci-*
 ves sunt, statuta est. Scilicet in primis ad *antium.*
restitutionem
expensarum, quarum causa temeritas eorum aut malitia
 fuit, regulariter condemnantur omnes, quorum denun-
 ciatio nullo niti fundamento deprehenditur. Interdum
 vero & *graviores* calumniæ *pœnam* luunt, a Rege in Man-
 dato, quod saepe laudavimus, definitam (a). Atque hæc
 pro instituti ratione, ad edisserendum argumentum
 susceptum, nunc quidem sufficiant.

S. D. G.

F I N I S.

S. XXV. (a) v. Mand. S. 70. Würde
 sich aber einer untersehen, den andern
 ohne Wein der Wahrheit, bößhaft-
 und fälschlicher Weise anzugeben, und
 ein Verbrechen wider ihn zu denunci-
 ren: soll derselbe, wenn er das Deli-
 ctum specificce angegeben, mit der
 Straffe, welche der Verbrecher, dafern
 er dessen überführet werden können, aus-
 zusehen gehabt, belegen, so wohl auch zu
 Ersetzung derer Unkosten angehalten
 werden.



NOBILISSIMO DOCTISSIMOQUE
DN. PAULO HENRICO

SONNE

J. U. CANDIDATO DIGNISSIMO

S. P. D.

D. DIET. HERM. KEMMERICH


P. P.

INtegram Exercitationem tuam,
NOBILISSIME DOMINE CANDIDATE,
ad ductum Dispositionis Tibi sup-
peditatæ, a Te elaboratam, mihi
exhibuisti, atque in eadem insignem
judicii maturitatem, in hoc flore æta-
tis tuæ admiratione utique dignam,
nec non ingenium, ut ita loquar, pra-
cticum, mihi satis superque demon-
strasti. Et quamuis deinceps, secundis
curis

curis eidem adhibitis, nonnulla a me
addita, non nulla etiam mutata sint:
hæc tamen neutiquam impediunt,
quominus Auctorem Te ejusdem
Exercitationis profiteri queas; idque
meliori jure, quam multi alii, qui
idem nomen, Præsidi ita indulgen-
te, sibi sumunt, licet paucissima ipsis,
pleraque vero, imo sæpe tantum non
omnia, Præsidi debeantur. Præ-
terea non solum in publica ejus dis-
quisitione, sed etiam in Examine,
quod Candidatis subeundum est,
haud vulgares, quos in Jure fecisti,
progressus, nobis vehementer pro-
basti, atque talem Te præstiti, ut com-
muni suffragio Amplissimi Oridinis
nostri inter *CANDIDATOS JURIS* rece-
ptus, atque *OMNINO DIGNUS*, cui &
causas in foro perorandi, & summos
in utroque Jure honores obtinendi
copia

copia atque potestas fieret, iudicatus fueris. Quibus omnibus cum & ego testis atque spectator laudum tuarum adfuerim, non possum non & TIBI, & PRÆNOBILISSIMO CONSULTISSIMOQUE PARENTI, & SPLENDIDISSIMÆ FAMILIÆ TUÆ, etiam atque etiam hoc nomine gratulari. Siquidem, egregiam hanc, qua jam nunc polles, Juris peritiam, eamque cum sincera probitate modestiaque conjunctam, ubi intueor, haud vane auguror, studia Tua atque officia aliquando Reipublicæ emolumento, Tibi vero, Tuæque Familiæ Honoratissimæ, ornamento futura. Id quod & ego ex animo Tibi apprecor! Vale! Dabam Vitembergæ. Die XXIV. Decemb. A. M DCC XXIII.





Wittenberg, Diss., 1723

VD18


ULB Halle

004 581 644

3







15

Q. D. B. V.
EXERCITATIO JURIDICA
DE
NUNCIATIONE
INJURIARUM
SAXONICA

1723,
136

QVAM
CONSSENTIENTE
ORDINE JURISCONSULTORUM
ACADEMIA VITEMBERGENSI
PRAESIDE

HERMANNO
KEMMERICHIO
D. JUR. NAT. ET GENT. PROF. P.
ET COLLEG. JURID. ASSESSORE
DIE XVII. DECEMBR. A. M DCC XXIII.
IN AUDITORIO JURIDICO

PUBLICÆ DISQUISITIONI SUBJICIET
AUCTOR
HENRICUS GONKE
GOTH. THUR. J. U. C.
VITEMBERGAE, LITERIS CREUSIGIANIS.

No. 47

